3 1761 08824375 3

HANDBOUND
AT THE
UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/supplementumlexi01pauc

8066
JaL.D
P.3233s

SUPPLEMENTUM LEXICORUM LATINORUM

SCRIPSIT

C. PAUCKER.

VOLUMEN PRIUS.

A.—L.

21253
11. 4. 27

BEROLINI 1885.

S. CALVARY EIUSQUE SOCIUS.

Abactio: Hier. in Jerem. comm. I ad 5, 15 sqq. *abactionem pecorum*, *subuersionem urbium*, gloss.

abarticulamentum: S. Placit. medic. ex anim.: A (= Addenda Lexicis Lat.) p. 1 (r. Gg. h. e. recepit Georges Lex. ed. 7).

abblandiri: Hilar. Pict. in Psalm. 140, 6 *mulier . . abblandiens pellexit*, cf. c (= Meletemata lex. altera) p. 6.

abbreuiatio: Vulg., interpr. Orig. comm. in Matth. 45 *dierum tribulationis*, 41, — *abbreuiator* Isid. Hisp. Prooemior. in Vet. et Nou. Test. 89 *Marcus abbreuiator Matthaei*, cf. DV (= Forcellini Lexicon ed. De-Vit s. u.)

5 **abdicabilis** Verecund.: A. p. 1 *.

5* abdicatio: Sen. contr. II, 9, 6 *quid faciam adoptatus? loquar de filiis eius bene? de abdicatione? ego in domum uestram intrabo, tanquam ego uos eiecerim?*, ib. inf., c. I, 8, 6 al., al. Liu., deinde alii.

abhorrescere: Rufin. Orig. in Ep. ad Rom. comm. X, 6 *ut . . non spernant eos, abiciant, abhorrescant, si forte . .*, I, 19, Vulg.

abigare: Lucifer (De) non parc(endo in Deum delinquentibus) p. 940 (tomi XIII Patrolog. Lat. ed.) M(igne) *redi ad ecclesiam, a qua te per Arianos abigauit coluber ille refuga, qui uerterit Adam quoque et Euam*, abigator gl., abigeare Cypr., abigeator etc. Cf. A.

abistinc: auct. Quer(oli com.) I, 2 p. 9 (ed. Peiper) *praemonueram de triente: caue abistinc.* Nouum est etiam **abinde** auct. de S. Helena 18 *abinde nauigare coeperunt*, ib. 20.

ablactatio: Hier. quaestt. hebr. in Genes. 21, 14, Vulg.

ableuare: Ambros. De bono mortis 5, 16 *et nos, dum in corpore sumus, usum mortis imitantes ableuemus animam nostram ex istius carnis cubili, et tanquam de isto exsurgamus sepulcro*, id. De fuga seculi 7, 38 *ableuare se a seculo, alleuare se a corpore* al., Egesipp. De bello Jud. (locos r. Gg).

10* **ablingere** Marc. Emp.: A (r. Gg).

10** *abnegatio*: Arn., Hier. ep. 121, 13, Cassian incarn. Christi IV, 11, Hermae Pastor II, 8, III, sim. 9, 20 *de confessione aut de abnegatione.*

abnegator: Tert., interpr. anon. comm. in Iob II, p. 147 (Orig. opp. t. 16 ed.) Lomm(atzsch) *pro uindicta abnegatoris.*

abnutiuus: Paul. Dig., Diom. II p. 455 (t. I Gramm. Lat. ed.) Keil *duae abnutiuae unam confirmatiuam faciunt*, gloss.

abolefacere: Tert., Ambr. bon. mort. 5, 20 *si quis .. sepeliat atque abolefaciat iniquitates suas*, in Ps. 118 serm. 2, 3.

abominabilis: Quint. decl., Philastr., Hilar. in Ps. 52, 9, 10, Hier. in Is. I ad 1, 14 al., Vulg., [Rufin.] in Oseam comm. II ad 9, 10, anon. in Iob I p. 55, Aug. contra secund. resp. Iuliani III, 95 *o abominabilem et damnabilem uocem.*

15 *abominamentum*: S. S. interpr. uet., Tert., Rufin. Orig. in Leuit. hom. 5, 10, Oros. hist. II, 16 ex. al., Gaudent. Brix. serm. 4 *omnia abominamenta gentilium.*

aborsus, us: Tert., Non. (ed. Gerlach et Roth) p. 330b, Aug. serm. 97, 3 *conceptus est puer: forte nascitur, forte aborsum facit*, Rufin. Orig. in Cant(icum Canticorum) III p. 53 *seruare partus, ne in aborsum decidant*, in Exod. hom. 10, 2 al., Appul. (de medicam.) herb. 112 (113), 2 lemm., S. Placit. medic. ex animal. 1, 18, 19.

abortire: S. S. uet. Exod. et Vulg. Iob, Aug. in Ps. 129, 8 *non abortiret aliqua mulier*, Rufin. Orig. in Exod. h. 10, 2 (abortierit, abortiens), abortare Varr., S. S. uet. bis, Firm. m.

abrasio: incerti auct. De contemptu mundi (Patrolog. lat. ed. Migne tom. 40) 3 *capillorum minimam partem in capitibus retinent* (clerici), *ut per eorum abrasionem se minimam terrenorum sollicitudinem habere designent.*

abscessio: Cic. s., Tert. (locum recepit Gg), uet. interpr. Irenaei contra haer. IV, 41, 2 et 3, Rufin. Orig. in Num. h. 27, 12 *Nabau abscessio interpretatur, . . transit iam* (anima) *de seculo et abscedit*, inc. quu. ex utroq. Test. 102.

abscisio pr. i. castratio Hier. in Gal. III ad 5, 12, trnsl. Scrib., al. Ad Her., ut t. t. gramm. (apocope) Ter. Scaur. orthogr. p. 2251 Putsch, Prisc.

21 *absconsio*: Hier. nom. hebr. p. 23 al., Vulg., Chalcid. (locum rec. Gg); formam **absconditio** addidimus ex Aug. in Iob 7, recepitque Gg.

absentaneus: Thes. nou. latinit. (Classic. auctor. e Vatic. codd. edit. cur. A. Maio tom. VIII) p. 515.

absentiare (absentia): Petr. Chrysolog. (c. 405—50 p. C.) serm. 71 *Christi regnum prolongat et absentiat a nobis.* Formam 'absentare' lexica agnoscunt (transit. Cod. Theod. XII, 1, 84), legiturque ea sane in Petr. Chrys. serm. dub. 4 in eisdem illis uerbis iteratis; at cf. exsentiare S(acra) S(criptura) uers. antiq. Marc. 3, 21 'quoniam exsentiat eos' (Rönsch Itala und Vulgata, Marb. u. Leipz. 1869, p. 192).

absida: locis ap. DV acc. [Fulg.] serm. 10 *cum gradus ascendimus absidae*, Aldh. carm. de aris 2, 1 al.

25 *absidata*: abs. C(orp.) I(nscrr. Lat. auct. acad. lit. Boruss. edit.) uol. III ps. I (III, 1), nr. 968 *L. Aelius Hylas . . eius signum numinis cum absidata ex uoto posuit*, — absidata porticus Vict. et Ruf. de region. urb. Romae, Cassiod., id. cauea.

*absolutio *pro* solutio trnsl. Hilar., Rufin. Orig. in Rom. V, 7 *absolutionem citam quaestionis*, III, 7, id. Orig. in Gen. h. 2, 1 (quaestiones proponentes . .) *etiam absolutiones earum . . requiramus* al., [Hier.] ad amic. aegr. II, 14, intpr. Iren. I, 19 *interrogat angelum absolutiones parabolarum, quasi non scientem*, II, 10, 1 ex., 27, 2 al., Macr., — absoluere pro soluere Vop. Car. 18 *a frenis domesticae pietatis suorum mortibus absolutus*, Rufin. Or. in Rom. III, 1 *quod intentatur* (i. obiectionem) *absoluere*, Sulp. Seu., Macr.; — *al.* absoluere q. sanare Cass. Fel. 78 p. 190 *aliud pessarium simplex . . uniuersas matricis indignationes quae fieri solent absoluet.*

absorptio: Hier. (?) in Ps. 140 'absorpti sunt iuncti petrae iudices eorum' . . absorptio pro uictoria dicitur, absorbitio Aug.

abstersio Vindician.: A.

*abstinentia pro abstentio, retentio Coel. Aur., ut acut. pass. II, 37, 214 sudoris (ib. sup.: sudor abstinetur), Cass. Fel. 51 p. 134 *ischuriam id est urinae abstinentiam*, sicut apud eosdem abstinere Coel. Aur. sudorem, uentrem, Cass. Fel. 42 p. 100 *abstinet* (omphacion) *uomitum*, 64 p. 157 (ter) al., quemadmodum etiam simplex tenere 32 p. 67 'quod possit putredinem inuadentem non solum tenere, uerum etiam purgare', Coel. Aur. ac. II, 18, 109: ut eorum frigore sanguinis fluor teneatur, cf. t. IV, 1, 10; cf. Can. Concil. sec. Araus. 1, 9 'diuini est muneris, cum pedes nostros a falsitate et iniustitia tenemus'; ceterum sim. tenere pro continere i. astringere Cels. IV, 26: id assumptum uentrem tenet, cf. I pr. p. 11 Daremb., al. pro cont. IV, 12: si ne id quidem tenuit (stomachus), sicut Coel. Aur. ac. II, 37, 215: si in toto non tenuerint (cibum).

30 *abstractio*: Cass. Fel. 36 p. 79 *ne abstractione uiolenti* (scarae) *emeatus emorroidis sequatur*, Dict., al. Boeth.

absurditas: Aug. epist. 89, 5 *illos uana sentientes* (de baptismo) *tanta absurditas sequitur, ut quo ab ea fugiant non inueniant* al., Iulian. ap. Aug. c. Iulian. IV, 3, 27, Claud. Mamert. De statu anim. (Lexx.), Fulgent. Rusp. Ad Monim. I, 21 *ubi statim illa consequetur absurditas, ut dicatur, quia Deus . . in se habuerit iniquitatis originem, si hominem a se factum ipse praedestinauerat pecca-*

torem, Cassiod. in psalm. 50, 6 al., Ferrand. ep. ad Fulgent. 4, Facund. Pro defens. trium capit. VIII, 4, alii; propr. Prisc.

abundabilis: Cassii Felicis de medicina ex graecis auctoribus liber translatus sub Artabure et Calepio coss. (a. 447) prim. ed. V. Rose (Lips. 1879) cap. 38 p. 84 *plethoricum corpus, quod nos latino sermone abundabile dicimus.*

accensor: Aug. in Euang. Ioann. tract. 23, 3 (r. Gg.) lucernae, gloss., *accensio* Hier. in Ezech. comm. XIV ad 45, 10 sqq. *lucernae*, Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 11, Boeth., Cassiod. in ps. 24, 8 *mites sunt qui nulla furoris accensione turbantur*, Isid. quaestt. in Leuit. 8, 2 *ignis*, Beda.

acceptabiliter: intpr. Orig. in Matth. 105 *qui acceptabiliter deseruiunt Deo Patri*, compar. Aug. in ps. 67, 39; adi. S. S. uet., Tert., Lact., Hier. adu. Iouin. II, 6 *Deo acceptabilem continentiam* al., intpr. Orig. in Matth. 27, 89 *acceptabilior* al., an. in Iob I p. 15 al., all.

35 *acceptatio*: Tert., Theod. Prisc. medic. praesent. I, 32 *lactis*, Facund. defens. trium capitul. XII, 5 *quorum culpas si pro acceptatione personarum dissimulauerint sacerdotes*, Iunilii de partib. diu. leg. II, 15 *quam uocamus acceptationem siue uocationem? eam scilicet, qua Deus quosdam homines uel populos speciali gratiae beneficio sibi conciliare dignatur*, et ib. aliq., it. 24, 25 al.

accersio: Bachiar. ad Ianuar. 5 *si quem in hoc uitio tempus accersionis inuenerit;* — eadem prope significatione *accersire* (sc. in iudicium) pro arcessere Egesipp. Bell. Iud. I, 41, 8 *Archelaus suspectae in generum accersitus*

gratiae (et deriuatum inde *accersitor* id. I, 40, 12 *statuto Pherora suorum flagitiorum accersitore pariter ac teste*, quem loc. rec. Gg., V, 22, quod nunc etiam Amm. '29, 1, 44' legitur), eademque haec uerbi forma, quae etiam in uett. quibusdam codd. exstat (cf. Neue lat. Formenlehre II p. 416), habetur in S. S. (Rönsch Itala p. 284 sq.), Ambr. de Ioseph 7, Innoc. pap. ep. 31, 4 *si accersiendus esset*, Rufin. hist. eccl. X, 11 (accersiens, accersiri), Coel. Aur. ac. II, 18, 104.

accidentia: Plin., Tert. (Rönsch op. c. p. 51), Th. Prisc. II, 5, Claud. Mamert. De statu animae I, 24, 2 *quaecunque illi uelle accidentia est, ipsum uero uelle substantia est,* inc. quu. ex utroq. Test. 125 *non per accidentiam, sed per substantiam*, Fulg. Virg. cont. p. 750 Stav.

accidia Plin. Valerian.: A.

accidiosus: (q. desidiosus, ab 'accidia', corr. ex 'acedia': A p. 2) Regula Benedicti (529 p. C.) 48 *ne forte inueniatur frater accidiosus, qui uacat otio aut fabulis, et non est intentus lectioni.* Cf. Rönsch op. cit. p. 126.

35* **acciduus:** Paulin. Nolan. epist. 17, 2 *moram accidua carnaliter aegritudo obtulit*, »id. carm. 20, 137«. Cf. occiduus carm. 34, 304, Ouid., Calp., deciduus Laber., Plin., prociduus Pl., succiduus Ou., Stat., Sid., inciduus Thes. nou. lat.

accinctio: Hier. quu. hebr. in Gen. 30, 10 sq. al.

accinctus: Hilar. in ps. 64, 8 (potentiae) al., Hier. in Ezech. hom. 10 s. f. *ut . . in expeditionis accinctu manifestemus caritatem nostram quam habemus ad Deum*, Hier. (?) in Ps.

accommode: Rufin. intpr. Origen. De principiis I, 1, 7 *quasi apte accommodeque formatum ad hoc, ut . .*, Rusticus (sec. VI med.) Contra Acephalos p. 1219 t. 67 Migne *accommode ad nostram salutem suam pensans intentionem;* — adi. accommodus (= accommodatus HA p. 75) Verg., Stat., Solin. 45, 5, Arn. VII, 21, Lampr. Diadum· 5, 3, Firm. math. II, 10, Cod. Theod., Pall., alii.

accubitus, us Varr. fr., Stat., Paulin. Nol. epist. 13, 11 *uideo congregatos ita distincte per accubitus ordinari et profluis saturari cibis*, Vulg.

40 **acerrare:** Thes. nou. lat. p. 55.

40* acina pro acinus Catull., Coel. Aur. tard. IV, 3, 61, Cass. Fel. 35 p. 75.

acleta corr. pro athleta: inscr. sel. ed. Orelli 2588.

acora corr. (*ἀχώρ*) Theod. Prisc.: A, Dynamid. (class. auctt. ed. Mai. t. VII) I, 42 *acoras, quae puerorum capita nudant*, II, 90.

*acquiescere: c. dat. Suet., Vlp. Dig. XXIV, 3, 22, 6 *patri potius acquiescere* (i. consentire) *praetorem oportere dareque ei actionem*, id. ib. XXXVIII, 1, 7, 1 *Celsus obligari eum ait . ., et ego Celso acquiesco*, freq. Hier., ut in Luc. hom. 31 *uide ne statim loquenti acquiescas*, in Eccles. 2 p. 396 Vallars. *falsis dogmatibus*, intpr. Orig. in Matth. 93 *si sic placuerit Deo, acquiescite Deo.*

acredo: intpr. Ignat. ep. ad Polycarp. 2 *acredines embroche compesce* (*τοὺς παροξυσμοὺς ἐμβροχαῖς παῦε*), Th. Prisc., Pl. Val., Pall., Cass. Fel. 16 p. 23 *humorum*, 29 p. 49 al.

45 *acutule*: Aug., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 71.

adaeque: Plaut., recc., ut Solin. 52, 54, Amm. XVII, 13, 19, Victor persec. Vand. III, 15 *de spiritu adaeque sancto, quod adsit ubique, dicit propheta.*

adaequitare Amm.: A p. 1* sq.

adapertio: Hier. nom. hebr. p. 42 Vall. al., Vulg., Rufin. Orig. in Iesu Naue 8, 2 al., intpr. Iren.

adarmare: Facundi (c. 551) Pro defens. trium capitulor. IV, 2 *rhetoris confectionibus odibilem adarmauit linguam aduersus coelestes deos.*

49* **addictor:** Iulian. Pelag. ap. Aug. Contra secund. respons. Iuliani I, 48 *pande, quis est innocentium addictor.*

50 **addiuinare** interpr. Iren.: A p. 2*.

addormire: intpr. Barnab. ep. 4 *ne . . addormiamus in peccatis nostris*, Itin. Burdeg., Coel. Aur.

adductorium: S. S. uers. ant. Exod. 26, 36 ap. Aug. Quaestt. in Heptateuch. II, 177, 8 *et facies adductorium* (uers. Vulg.: tentorium in introitu tabernaculi) *de hyacintho et purpura et cocco torto et bysso torta, opus uariatoris,* Aug ib. 19.

addulcare: Cass. Fel. 6 p. 13 *acredinem humoris* (lac) *addulcat uel obtundit*, 46 p. 119 (?); — cf. *obdulcare* Ambr., Vulg., Aug., Coel. Aur., Cass. Fel. 46 p. 119 *aliquid sorbile, quod humorem acrem . . ualeat obdulcare et crassificare et lenire*, 57 p. 146, 78 p. 190.

adeptio: Cic., Quint. V, 10, 33, Boeth. consol. philos. III, 3, ib. 10 aliq., Primas. in Ep. ad Hebr. 6 *ex-*

pletio est adeptio rerum quas nos consecuturos speramus, Ennod. uita Anton. Lirin. p. 427 Sirm. *perpetui luminis*, id. dict. 6.

54* **adescatio**: Ps.-Soran. quu. medic. (Anecdota graeco-latina ed. V. Rose II) 31 *diaetetica dicitur adescatio* (et est artificiosa uictus factitatio cett.) Cf. adescatus Coel. Aur. (cibis nutribilibus).

55 **adhaerentia**: Tert adu. Marc. IV, 24 *puluerem iubet excuti in illos . . et adhaerentiam terrae eorum, nedum communicationis reliquae.*

adhaesio: Cic., App. s., Hier. ep. 78 mans. 9 *hoc nomen* (Dephca) *in libro hebraicorum nominum adhaesionem remissionemque transtulimus* al., Aug. in ps. 118 serm 10, 2 al., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 94.

ad horam Anthimus De obseruat. cibor. instar aduerbii temp. usurpat (ital. *adora*) = nunc (tout à l'heure) 14 *qualiter* (lardum) *melius comedatur, ad horam expono: si assatum fuerit . .*, saepius tamen ita, ut sit q. pro tunc, i. modo (*allora*, *alors*), ut 25 *duo rustici sic ad horam captum turturem comederunt*, 60 *radices . . aptae sunt, tamen ut quinque aut amplius dies collectae macerentur; nam, si ad horam collectae fuerint, grauare solent*, 23, 51 al.

adhumeralis S. S. ap. Rufin.: A p. 2*.

58* **adiacentia**: Aug. De natura et grat. 51 *uoluntatis infirmitas, uel potius uoluntatis adiacentia et perfectionis indigentia.* Cf. inf. 5197.

adimpletor: Aug., Arn. iun. ps. 119 *ecclesiae . . dedicatorem et adimpletorem Dominum exspectabant.*

60 **adinferre**: Tert. adu. Marc. V, 9 s. f. *propter quod hunc psalmum et adintuli et ad meam sententiam defendi.*

adinspiratio interpr. Iren.: A p. 2*.

adintellegere Mar. Victorin.: ib.

adinuentio: Modestin. Dig., S. S. uet. et Vulg., Zen. I tr. 1, 3, Lucif., Hier. in Mich. II ad 6, 10 sqq. *non doctrina Dei, sed adinuentiones cordis illorum* al., intpr. Orig. in Matth. 134, anon. in Iob III p. 220, intpr. Iren., all.

adiocari: Petr. Chrysol. serm. 152 *arridebat paruulus occisori, gladio adiocabatur infantulus.*

65 *adipalis*: Arnob., Ambr. De Cain et Abel II, 6, 22 *illud pingue et tanquam adipale precationis genus.*

adipinus: Thes. nou. lat. p. 39 (*adipeus* Hier.)

aditio: Plaut. s. c. acc., Mar. Mercator intpr. Nestorii epist. 2, 1 *creberrimam aditionem apud imperatorem faciunt*, hereditatis ICti.

adiunctiue intpr. Iren.: A p. 2*.

adiuramentum: Vulg., Rufin. Orig. in Num. h. 13, 7 *aliud est, si mago . . adiuramentis quibusdam extorquente daemones . . desaeuiant.*

70 *adiuratio*: c. gen. App., Lact., abs. Fulgent. Ruspens. contra Fabian. fragm. 31 *quia illud quod dicitur 'per Dominum nostrum Iesum Christum' adiurationem existimas.*

adiuuamentum: Isid. de eccl. off. I, 18, 3 (r. Gg.) *etiamsi nulla sunt adiuuamenta mortuorum*, »gloss.«, et

adiuuatio Diom. I p. 391 K. (r. Gg.). Cf. iuuamen Boeth., Cassiod. Var. VII, 47 al., Acr. ad. Hor. Epod., iuuamentum Veg. uet., — iuuaturus Sall., Plin. ep., Theod. Prisc. Medic. praesent. II, 1, adiuuaturus Petron., iuuatus Theod. Prisc. I, 10 'praemundatis oculis, . . iuuatis ciborum continentia', II, chron. 19 bis, iuuauerunt id. II, chr. 17, adiuuaui S. S. uers. ant. et Dig., — et similia istis heteroclita, ut sunt discrepauit Aug. Contra Faust. Manich. XV, 1 ex., personasse Prud., alia

adminicula, ae: Venant. Fort. uita Radegund. 19 *iubebat adminiculae, ut unde uel quanti essent pia cura requireret*, — i. q. ministra, ut est ib. inf.

administratus, us Thes. nou. lat. p. 410.

admiranter: Gregor. M. expos. in I Reg. III, 2, 5 *qui admiranter interrogant.*

75 *admiratio: *abus.* pro admirabilitas S. Ruf. breu. 17 *contra Persas ter cum summa admiratione* (i. e. laude) *conflixit*, cf. 25, App. herb. 5, 6 (herbae symphoniacae succum potui dato) *et cum summa admiratione sanabit.*

admollire (?): Anthimi De obseruat. cibor. (ed. Rose l. l.) 86 *si . . per dies aliquos admollierint* (pruna cruda).

admonitiuncula Cassian., Gild.: A.

adobrutio: Cass. Fel. 76 p. 187 *arenae feruentis adobrutione, quam ammochosian uocant* (adobruere Col.)

adolere intr. Plaut., Arn. II, 59 *adolentia naribus aut tristia in odoribus semina.*

80 **adopertio**: Paulin. Nol. ep. 13, 10 *mors uera uirtu-*

tis adopertio est; nam . . uere dictum uides, mortem festinare hoc maerore, quo uirtus operiatur, et homo totus quasi quadam inferni uoragine, sic 'grauiore tristitia absorbeatur' (II. Cor. 2, 7).

adoptulus: Eutych. ars gramm. I p. 453 K. (nominum deriuationes uenientes a praesenti tempore verborum . .) *in ulus, bibo bibulus . ., queror querulus, adopto adoptulus.* Ergo non »Adoptivsöhnchen«. Videntur equidem aliqua etiam ab -are declinata esse in -ulus, ut fariolus s. hariolus (fariari), *laniolum, turbulus, turicremulum.*

adorabilis: App. s., Cassiod. in ps. 17, 12 *creaturis omnibus adorabilem.*

adorator: S. S. Io. (4, 23) uers. uet. et inde Tert. orat. et Cypr. orat. Dom. 2, Tert. al. et Cypr. l. l. 34, Hier. in Abac. I ad 2, 18.

adoratus, u: Hier. in Luc. hom. 14 *uocabulum Jesu gloriosum omni adoratu cultuque appellari*, Greg. M.

85 **adorinus**: Thes. nou. lat. p. 40.

adorsus part. perf. pro adortus Ambr., Eges., Rufin. apol. I, 10.

*adradere: *al.* Ambr. De Nabuthe 12, 52 (auaritia) *terram arradit, nihil sibi profuturam.*

adstipulatrix: [Fulgent.] serm. 10 *lux mihi adfuit testis, adfuit et natura astipulatrix, quae meum non esse filium proclamaret;* masc. astipulator uett.

*adstruere (aliquid, aliquid . . esse) synon. demonstrare, uel asserere, affirmare: Aur. Vict. Epit. de Caes. 20, 7 *astruentes illum nasci aut emori minime conuenisse,*

Lucifer De non conu. cum haeret. p. 776 t. XIII Migne *si propter carnis adulteria esse astruis haec dicta*, id. Pro Athanas II, p. 910 *astruens illum uirum iustum*, Zeno Veron. serm. I, 3, Ambr., Hier. ep. 133, 12 *defende quod locutus es et sententiarum tuarum acumina astrue eloquio subsequenti* al., Rufin Orig. in Rom. III, 7 *quo astruamus haec non de Mosis, sed de naturae lege conscripta* al., Mart. Cap. VI, 694, II, 113, Macrob. (Ian. uol. I p. XLIV), Leo M. ep. 31, 1 *nimis peruersa audet astruere*, 15, 12 *astruere quod . . sit,* Cassian. Collat. XXIII, 5 *ipsum Paulum . . nequaquam hoc implere potuisse confidenter astruimus*, Claud. Mam. an. I, 1 *diuersum protinus astruunt, etsi idem sentiant*, et ib. aliq., 3 *ut, quem dicis affici, astruas commutari*, et ib. infer., ib. 4, ib. 5, ib. 12, 1 in., II, 7, 3, III, 1, ib. 8, ib. 9, 3, ib. 14, 2, Sidon. ep. III, 6 *cuius disciplinae tunc fore astruxi liberam professionem, cum nil familiae debuisset*, IV, 3, VII, 9 *hoc solum astruo, quod . .* al., Faust. grat. Dei II, 2 in., Arnob. iun. De deo trino et uno I, 7 *dialecticum sophisma duas facies recipit: et ut uerum probetur quod astruitur, et non uerum ex aliqua parte arguatur*, II, 15 *doctrinam quae duas astruat substantias in uno Filio Dei exsistere,* Eust. Hexaem. III, 5 *nec exiget probationes per quas possumus astruere, super quid aquarum fuerit natura fundata*, VI, 11 (c. acc. et inf.), Vigil. Taps. Contra Arianos I, 4 *christianis dogmatibus, quibus astruitur unus et uerus esse Deus, qui uniuersa . . creauit*, Contra Varimad. I, 11, Gregor. epist. II, 10 (cf. Plin. H. Nat. XII, 41, 83, ubi codd. complures 'astruxerant', editur tamen 'asseuerant'). Eodem modo astructio Rufin. Orig. de principiis I, 8, 4 *pro quibus quasdam ex Scripturis commenticias afferre*

adstructiones solent, Aug., Cl. Mam. an. II, 7, 7 *in astructionem ueri*, III, 1, ib. 14, 2, Vita Hilarii Arelat. 4, Mart. Cap., et astructor Ven. Fort., cf. opposita his in hoc quoque genere significantiae destruere et destructio (iam Quint., cf. int. cett. Tert. adu. Val. 4 'quod tanto impendio absconditur, etiam solummodo demonstrare destruere est', Hier. ep. 112, 14 'non quo legem iuxta Manichaeum . . destruamus', 133, 13 al., id. ep. 112, 10 'destructorem legis', in Tit. 1, 12sqq. 'Paulus idololatriae destructor' al.; cf. inf. 1379).

90 **adsuscipere**: C(orp.) I(nscrr. Lat.) uol. VI, 1, 2066 (actt. fratrr. Arual. a. 89) *ob uota adsuscipienda pro salute et reditu et uictoria imperatoris.*

aduerbialiter: Dosith. ars gramm. p. 34 K. *quae aduerbialiter quodammodo intelleguntur*, Charis., Diom., Prisc., schol. Bern. in Lucan. V, 696 al.

aduersarietas: auct. Praedestinati lib. III prolog. *per singula membrorum officia aduersarietatis eius arguentes astutias.*

aduersim Claud. Mamert. an.: A.

aduersitas: Plin., *(*opp.* prosperitas) Vulg., Hier. (?) in ps. 21 al., Aug., Sidon. epist. IV, 14 *Romanarum rerum*, Arnob. iun. in ps. 104 *a cunctis eas aduersitatibus liberauit*, Cassiod., Isid. sent. III, 3, 2, ib. 4, 3 al., al. Boeth. Introd. Syll. (at. p. 777 M. *per unamquamque propositionum aduersitatem uni semper uerum, alteri diuisere mendacium.*

95 *adulanter*: Aug. in ps. 78, 13 (r. Gg.), Fulg., Isid. sent. III, 46, 5 *adulanter decipiunt.*

adulatorius: Tac. Hier. (?) in ps. 49, Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 20 *adulatorio praeconio laudis*, id. serm. a Maio rep. 4 s. f., Rufin. (loc. rec. Gg.), *adu.* Non. p. 29 b, Aug. gestt. Pelag. 6 in. al.

*adulterari: *trans.* Cassiod. (Epiph.) hist. eccl. tripart. XII, 4 *aliqui adulterati sunt hanc epistolam.*

adunatio: Cypr., Cassiod., Boeth. cons. philos. IV, 6, [Boeth.] c. Eutych. et Nestor 5 pluries.

adunatrix Chalcid.: A p. 3*.

100 **adunitio** intpr. Iren.: ib.

aduocator: Tert., Mar. Mercator Subnot. 8, 19.

adustio: Plin., Lact. inst. VII, 26 *descendet . . adustio magna super . . impios populos*, Hier. in Ezech. hom. 5 p. 927 *canceris . . simile peccatum, ut non ei sufficiat aut simplex acumen ferri aut sola ignis adustio*, Rufin. Orig. in Leuit. h. 8, 5, 8, [Rufin.] in Os. III ad 13, 14 sq., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 36, Cassiod. in ps. 140, 2 *odoriferi pigmenti suauis adustio*, opp. perfrictio Coel. Aur. ac. III, 5, 48 *antecedentes causae . . iugis adustio et perfrictio uehemens*, Cass. Fel. 34 p. 72 *contingit* (tussis arida) *ex antecedenti perfrictione aut e contrario adustione*, 1 p. 2, 64 p. 156 al.

aediculum: Quer. II, 1 *recurre ad aediculum cito*, inscr.?

*aedificare: *eccl.* (ut et nos erbauen) saep. Hier., ut ep. 64, 5 *omne quod non aedificat audientes in periculum uertitur loquentium*, in Ezech. hom. 5 *cum magis id quaerere debeamus, quod aedificet, quod ad poeniten-*

tiam reuocet, Vulg. 1 Cor. 8, 1, it. Rufin., ut h. mon. 13 *multos monitis aedificans*, apol. II, 14, Arator. actt. apost. I, 437 *quae damnat iniquos, aedificat doctrina pios*, cf. Tert. Ad Scap. 4 *haec secta, quam tunc magis aedificari scias cum caedi uidetur* al.; — proinde *aedificatio* Tert. poenit. 5, cult. fem. I, 3 *legimus omnem scripturam aedificationi habilem diuinitus inspirari*, Hier. in Eccl. 10 p. 474 *cum lingua hominis ad benedicendum et ad aedificationem proximi sit creata*, adu. Rufin. III, 9 *quae est audientium aedificatio, duos senes inter se propter haereticos digladiari?*, ib. III, 16 al., Vulg., Rufin. apol. II, 37 al., [Rufin.] in Ioel 1, 13 sq., all.

105 *aequanimiter*: Tert., Ambr. off. ministr. I, 48, 237 al., Amm., Symm., Rufin. apol. I, 7, Hier. (?) in ps. 33 (ferre), Oros. hist. IV, 5, Sulp. Seu., Macr., Cassian. compar., schol. Luc. II, 92 *aequaniniter suos casus perpessi.*

aequiformis: S. S. Phil. 3, 21 ap. Victorin. ad l. l., Diom.

aequilibritas: Cic., Chalcid. Plat. Tim. 11.

aequilibrium: Sen., Colum. arb. 5, 2 *cum* (uitis) *undique uelut aequilibrio stabilita in se requiescit*, Gell., Solin.

aequipollentia: Thes. nou. lat. p. 5, 83 al.

110 **aequiportio:** Dionys. Exig. († c. 556) transl. Procli epist. de fide p. 410 t. 67 Migne *iustitiam* (dixerunt) *optimam aequiportionem.*

aequiuocatio: Boeth., Rustic. contra Acephalos p. 1195 (t. LXVII) Migne *ad conclusionem aequiuocatio posita, quae iam saepe est deprehensa*, p. 1235 C.

aequiuocatus: Rustic. c. Aceph. p. 1224 *quae dicuntur aequiuocata, eo quod solo nomine ac non etiam definitione participent, . . ut canis pictus et uerus* (p. 1228 aequiuoca).

aequiuoce: Boeth., Rustic. c. Aceph. p. 1196 *non quae aequiuoce, sed quae uniuoce dicuntur, conumerantur.*

113* **aestiuitas:** Venant. Miscell. III, carm. 12, 30 (r. Gg.) (ardua marmoreis suspenditur aula columnis,) *qua super aestiuitas cernit in amne rates.*

aestuatio: Cassiod. (Epiphan.) hist. trip. VII, 1 *milites in maxima(*m*) aestuatione(*m*) uenientes*, III, 8 et saep.

aeternabilis: Ambr. inst. uirg. 17, 114 *per illam aeternabilem crucem*, Cod. Theod. (Acc. fr.?).

116 *aeternaliter:* Zeno II, tr. 4, Aug. Ciu. Dei X, 15 *non temporaliter, sed, ut ita dicam, aeternaliter*, Aug. (?) Ad fratres in eremo serm. 17, Hier. (?) in Iob 37, Primas. (c. 550) Comm. in Ep. ad Hebr. c. 1 *qua* (omnipotentia) *aeternaliter ipse possidet omnia cum Patre*, ib. ad c. 10 al., Beda; adi. aeternalis habent quidem iam Tertull., S(acra) S(criptura) uers. ant. aliq(uoties), ut Leuit. 24, 9 ap. Rufin. intpr. Origen. in Leuit. hom. 13, 6, Ambr. in ps. 118, s. 12, 14, Hier. (?) in ps. 23, Rufin. Orig. princ. IV, 1, 28, alii, sed cf. Aug. Ad Oros. 5 'quamuis quidam interdum etiam aeternale audeant dicere, ne latinae linguae deesse uideatur ab eodem nomine (i. e. aeternus) deriuatio'.

aeterne: Capreol. Carth. epist. II, c. 2 *in coelis aeterne genitus.*

aethralis: Aldh. laud. uirginit. 7 *aethralis regni gloriam*, 33, carm. de laud. uirg. 867 *donec aethralem felix migraret in arcem* et saep.

affectatio: Val. Max. IX, 1, 3 *grauiorum operum negata affectatio*, Sen., cett.

120 affectator: Sen. dial. II, 19, 3 *sapientiae*, Quint., recc.

affectionalis: Aug. c. Iulian. VI, 18 *affectio est timere, affectionalis qualitas timidum esse; sicut aliud est iratus, aliud iracundus, aliud ebrius, aliud ebriosus: illae affectiones, istae affectionales sunt qualitates,* et aliq. idem et Iulian. l. l., Gelas. pap. ep. *illectus affectionali delectatione.*

affectuose: Seru., comp. intpr. Orig. in Matth. 9 *affectuosius accedentes ad uerbum*, sup. Sidon.

122* **affestinare:** Ps.-Soran. De pulsibus p. 278 Rose (r. Gg.) *ueloces* (pulsus) *sunt qui modico momento, quantum uelocitas affestinare uidetur, ita diastolen simul et systolen perficere possunt.*

affirmator: Vlp. Dig., Tert. an. 46 al., Minuc. Fel., Cypr. ep. 30 (ad Cypr.), 2, Aug. in ps. 85, 18.

affirmatus, u [Rufin.] comm. in Oseam. II ad 5, 3 *quid tali affirmatu indicatum uellet.*

125 **afflaticius:** auct. Hypognost. IV, 1 *a Marso, id est incantatore, inspectus afflaticius dicitur.*

afflictatio: Cic. Tusc., Tert., Cypr. ep. 59, 15 (nec utilis est pastor, qui ita morbidas et contactas oues gregi

admiscet,) *ut gregem totum mali cohaerentis afflictatione contaminet*, Ambr. Iob et Dan. IV, 1, 1, Cod. Theod.

afflictorius: Thes. nou. lat. p. 236.

afrarius: C. I. VI, 2, 1620 *mercatores frumentari . . afrari*, — 'i. e. qui frumentum afferebant ex Africa'.

agellarius: Thes. nou. lat. p. 31.

130 **agercillus**: Thes. nou. lat. p. 31.

130* **agnellinus**: Anthim. 5 *carnes* (r. Gg.).

aggestio: Pall., Mart. Cap., Vict. Vit. persec. Vand. V, 17 *seruorum.*

aggrauatio: Hier. in Ezech. comm. VIII, ad 27, 25 *quae glorificatio fuit aggrauatio possidentis*, Aug., Arn. iun., Saluian., Greg. M. in I Reg. III, 4, 8.

*agitans *pass.* Cass. Fel. 32 p. 66 *ad dentes agitantes stringendos, ad dentes ex percussu agitantes*, agitatio dentium ib.

agnotinus: Diom. I p. 388 K. *ex quo* (sc. ex eo quod est agnosco) *declinauerunt agnotum . ., item agnotinum dixerunt;* — an potius hoc quidem declinatum ab eo quod est agnus, ut Caprotina (Iuno, Nonae Varr., Arn., Macr.) a capra?, cf. et inf. 276.

agricolanus: Thes. nou. lat. p. 50, gloss. all.

136 *agricolari*: Capit. Alb. 11, 7 (?), Aug. Gen. ad lit. VIII, 8 (loc. rec. Gg.) al., Rufin. Clem. Recogn. IX, 22 *apud Gelos mos est, ut mulieres agricolentur.*

alapizare: Anonym. (sec. V) de genealogiis patriar-

charum p. 535 t. LIX Migne (concubinam regis) *alapizantem regem de manu sinistra;* — alapare gl. Philox., Thes. nou. lat., alapari dep. Commod. Apol. 450, gloss. Plac. et Labb. Cf. latinizare Coel. Aur., puluerizare Veg. art. uet., singularizatus Cassiod., tibizare Fulg. Myth. III, 9, alia his similia.

albeditas: Thes. nou. lat. p. 22.

albidare: Thes. nou. lat. p. 22.

140 albidus: Vitr. II, 3, 1 *ex terra albida cretosa* (loc. non indicat Gg.) ante Ouid., cett.

albumen: Cass. Fel. 73 p. 177 *cum oui albumine tenui* al., Anthim. obs. cib. 36 *cauendum albumina ouorum dura facta*, 35 al. (Plin. 28, 18, 66 nunc expunct.). Ceterum Cass. Fel. saepius habet 'oui album', ut 29 p. 55, sed 31 p. 63 catachr. 'ouorum albugines'.

aleatrix: Ps. Cypr. aleat. 5 *aleatricem manum, quae se ipsa perdit et damnat* (-tor uett.).

alienator: Symmach. pap. (498—514) ep. 12 *donator, alienator ac uenditor* ante 'Cod. Iust.'.

aliqualiter: Pseudo-August. Ad fratres in eremo serm. 2 *quando* (mali) *discordant, tunc mundus aliqualiter tranquillatur*, serm. 6.

144 **allatio**: Ps. Hier. natiu. S. Mar. 8 *uirgas suas allaturos ad altare, et cuiuscunque post allationem uirgula florem germinasset, . . ipsum esse cui . .*

allator: Petr. Chrysol. serm. 121 *Abraham . . ipse allator prandii ad coquinam . . sollicitus addixit uxorem.*

allectorius Plin. Val.: A.

allegorizare: Tert., Hier. c. Ioann. Hierosol. 7 al., Aug. quaestt. 15 in. *cum res factae allegorizantur* al.

alleluiaticus: Aug., Cassiod. in ps. 115 pr. (gaudia) al.

alliator: C. I. VI, 1, 2545, — »i. e. alliamentorum confector«, sed Carpenter. ap. Du Cange gloss. med. et inf. latinit.: aliator s. alliator, qui mensuras et pondera ad archetypum adaequabat.

150 alligatio: Vitr. et Col. ss. ll., add. Hygin. (loc. r. Gg.), Aug. Ciu. D. XX, 8, 1 *diaboli*, quu. euang. II, 19 *uulnerum*, quu. in Matth. 12, 3 *fasciculorum* al., Hier. ep. 145, 1 '*solutus es, ne quaeras uxorem*', *id est alligationem*, intpr. Orig. in Matth. 10 p. 199 *onera grauia et alligationes*, Prosp. in ps. 146 ad u. 3 '*qui sanat contritos corde, et alligat contritiones eorum*' . . *per alligationes contritionum significatur diuersitas remediorum* . ., Primas. in Apocal. V ad c. 20.

allocutiuus Anecd. Heluet. gramm.: A.

allubescentia: Thes. nou. lat. p. 314 *i. obedientia.*

alluuium: Hier. (?) in ps. 106 *qui eam alluuio fecundarent*, Sid., Isid., gl.

almitudo: Thes. nou. lat. p. 52, cf. **almitas** Petr. gramm. excc. p. 164 Hagen, gloss.

55 **alphita** uel **aphita,** ae Marc. Emp., Theod. Prisc., Plin. Val.: A.

altar*ium*: locis ap. Neue FL I p. 556 indicatis

add. interim Hier. adu. Lucif. 5 altario . . super altarium, in Is. hom. 1, 4, ep. 52, 11 al., Concil. Carth. (a. 390) 2, epp. Lupi et Euphr. 2, Arn. iun. in ps. 67, Euagr. alterc. Theoph. et Sim. s. f., excc. Vales. de impp. 83, Ps. Cypr. ad Vigil. 9, sing. cler. 38 (altariis), Isid. ep. 1, 7 (sed ib. 11 altare). Cf. 1797.

alteritas: Mar. Victorin. adu. Arium I, 23, Boeth. freq., Beda, Th. nou. lat.

alterplicitas: Thes. nou. lat. p. 177, 291 al.

***alteruter**: instar pronominis reciproci recc., sed primo, ut uidetur, ita dumtaxat, ut alterutrum (q. contr. ex alter alterum) esset tanquam indeclinabile quoddam pro quouis fere casu: Hygin. »munit. castr. 43« *nec longe ab alterutrum*, S. S. »Io. 13, 14 ap. Rufin. Orig. in Iud. h. 8, 5« *et uos alterutrum pedes lauate* et ap. Cypr. testim III, 39 *et uos debetis alterutrum pedes lauare*, »Gal. 6, 2 ib. III, 9« et Hier. in Eph. II ad 4, 2, Hier. in Gal. III ad 6, 5 *in praesenti uita alterutrum auxilio simus*, ep. 123, 5 et saep., Vulg., ut Gen. 13, 11, Oros. hist. III, 23 *de eripiendis alterutrum regnis concurrere*, intpr. Orig. in Matth. 12 *omnes qui sub eo* (Deo) *sunt alterutrum sunt fratres*, 33 *haec alterutrum se sequuntur et non separantur ab inuicem*, *sermo mundus in anima et uita irreprehensibilis*, cf. 39, 63, intpr. anon. in Iob III p. 205 *haec ad alterutrum loquebantur* (sed al., et saep., inuicem); — dein abusione inualescente alteruter ita per omnes casus, uti sane iam Tert. »apol. 39« *uide . . ut pro alterutro mori sint parati*: *ipsi enim ad occidendum alterutrum paratiores erunt*, ib. »9«, et adi. (i. mutuus) pudic. 2 *alterutra oppositio*, fug. persec. 1 *diligentia*, et

sic Oros. I, 21 *ut uelut uicti se ab alterutro subtraherent*, III, 1, Aug. nuptt. et concup. I, 10 *coniuges, qui ab alterutro separati sunt*, ib. inf., Trin. VII, 4, 7 *amici cum relatiue ad alterutrum dicantur, possunt dici tres amici, quod inuicem sibi sunt*, VIII, 6, 9, c. Faust. XIII, 18 *libros propheticos et apostolicos . . alterutris uocibus sibimet concinentes*, all., saepissime autem Cassiod. (Epiphan.) hist. eccl. trip., ut I, 13 *debere nos . . alterutris, quae apud singulos aguntur, insinuare*, ib. 11, ib. 19 *nobis inter alterutros pro paruulis . . contendentibus causis*, et ib. aliq., II, 4 *quia pessimum . . uideretur, ut destructis hostibus . . sacerdotes alterutros iacularentur atque confunderent*, ib. inf., 7 bis, III, 10 *post haec ab alterutris discesserunt, illi quidem, ut . ., Alexander autem . .*, ib. inf., V, 10, 16, VI, 11, IX, 34 (lapides) *ingentes et alterutris illigati*, V, 34 pluries, VI, 29 et 30, VII, 9, 16, 23, IX, 12 et 19, X, 7, XI, 11 bis, XII, 6, adi. I, 11 *cum maxima diligentia* (monachi Aegyptii) *per successionem traditionis alterutrae curant uirtutes antiquorum memoriae tradere monachorum*, I, 19 *reuertimini ad alterutras amicitias*, II, 2 *age nunc imitantes diuinam clementiam in alterutrorum ueniam condonantes accusationes aboleamus alterutras* (al., q. uterque, I, 13 *multorum dierum iter est locorum medio positorum, quo degebat alteruter*). At in ceteris scriptis Cassiodorus nusquam, nisi egregie fallimur, istud admisit, sed uulgatiorem secutus est loquendi usum, ut e. c. Var. XII, 4 'quia cunctae dignitates inuicem sibi debent necessaria ministrare'.

159* **altescere**: Cassiod. Expos. in Psalter. ad ps. 91, 5 'nimis profundae factae sunt cogitationes Tuae' . . *dicendo 'nimis profundae' significat tanto plus hanc aestimationem*

altescere, quanto de ipsa potuerit aliquis sedule uehementiusque tractare.

159** *altipetax*: Aug. (Gg.), unde fortasse Ps. Eucher. in Regg. comm. IV, 3.

160 **altiuagus**: Chalcid. in Tim. 75, Eustath. Hexaem. VII, 1 *litorei, altiuagi* (pisces), Sisebut. Anth. Lat. 483, 20 Riese *non illam* (lunam) *mulier detrahit altiuaga e specula.* Cf. A.

160* **amandula** (amygdala) Plin. Val.: A.

amarare: [Fulg.] sermon. praef. *amarat nimietas* (salis), *quod poterat saporari mensura*, amarans Anth. Lat.

amarescere: Pallad., Aug. in ps. 148, 10 *amarescat tibi uita praesens* al., Rufin. Orig. in Iesu Naue h. 14, 2 *Amorraei interpretantur amarescentes.*

amaricatio: S. S. uet. »Ps. 94, 9«, Primas. in Hebr. c. 3 *in exacerbatione, id est amaricatione, quando me ad amaritudinem prouocauerunt.*

amariter: Hier., Aug., anon. in Iob III p. 233 *conqueritur ita et amariter et miserabiliter . ., ut . .*

165 **amarizare** intr. Plin. Val.: A p. 3*.

amasiolus: Thes. nou. lat. p. 6.

amatricula: ib. p. 43.

amaxopodes: Vitr. X, 21, 3.

ambasiator *(ambassadeur)*: auct. de S. Hel. 43 *ambasiatores et nuntii imperatoris Rom.*, 45 al. Cf. Du Cange.

170 *ambidexter* (*ἀμφιδέξιος*): S. S. Iud. 3, 15 ap. Rufin., Rufin. Orig. in Iud. hom. 3, 5 '. . *uirum ambidextrum*' . . *utramque manum dextram habet, hoc est enim, quod dicitur ambidexter*, id. ib. inf. et s. 6 et hom. 4, 1, »Cassian. Coll. VI, 10«, Onom. lat. gr., Thes. nou. lat., Beda.

ambienter: Sidon., Cassiod. in ps. 62 *ubi misericordiam Domini expetit ambienter*, in 74, 8, Var. V, 2.

ambisinister Rufin.: A p. 3*.

amicabiliter: Hier. (?) ad amic. aegr. I, 4 *medicinali flagello . . meritos amicabiliter castigari*, Iul. ep. Nou.

amicare: Stat., Verecund. in Cant. Debbor. 53, inscr.

175 **amictuare** (et circum-): Thes. nou. lat. p. 12.

amissibilis: Aug., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Aug. VI, 18, *act.* Cassiod. an. 2 (constat animam in hoc mundo) . . *bonarum rerum esse amissibilem ac receptibilem.*

amoenare: Cypr. ad Donat. 1 *dum in arbores et in uites uidemus, oblectante prospectu oculos amoenamus* (non ep. 2, 1), postt.

amoenitudo: Thes. nou. lat. p. 7.

amorosus *(amoureux)*: Thes. nou. lat. p. 7.

180 **amplectibilis** Paulin. Diac.: A p. 17*.

amplexatio: Hier. in Abac. pr. *Abacuc interpretatur amplexus, siue, ut significantius uertamus in graecum, perilepsis, id est amplexatio*, Chalcid. in Tim. 194, Cassiod., Isid.

*ampliatio *pr.* q. amplificatio Tert., Rufin. hist. eccl. X, 6, 19 *frumenti uel uini*, Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 26 *miseriarum*, Iulian. ib., — et ita *ampliator* inscr. numm. Ant. P., »Aug.«, Petr. Chrysol. serm. 152 (populi).

amplificus: Fronto, S. S. Ps. 118, 96 ap. Ambr. in ps. 118 serm. 12, 45 *amplificum* (Vulg.: latum) *mandatum tuum ualde*, »Damas. carm. 42«.

ampullosus: Thes. nou. lat. p. 20.

185 *ampullula*: Sulp. Seu., uita Caesar. Arel. I, 4, 39 *ampullulam*, *in qua erat oleum*, Venant. uita Germ. 2.

*amputatio: *trnsl.* Arnob. (loc. r. Gg.), Coel. Aur., Cass. Fel. 77 p. 187 uocis, 64 p. 157.

ana (*ἀνά*) Th. Prisc., Pl. Val., Philastr. haer., al.: A n. 84 p. 100; cf. *cata* ib. p. 101.

anachoretalis: Thes. nou. lat. p. 16.

anathemabilis: Arn. iun., auct. Praedest., ut III, 17.

anathemare: Aug. c. Faust. Manich. XX, 8 *anathemanda stultitia*, XXI, 9, serm. 101, 2 al., Bachiar. fid. 2 *si pro culpa unius totius prouinciae anathemanda generatio est*, auct. Praedest. III, 24 *anathemamus omnes qui dicunt, adiutorio Dei sublato posse hominem sine peccato esse, si uelit* . ., pro uulgatiori forma

191 *anathematizare*: S. S. Marc. uers. uet. et Vulg., Hilar. oper. histor. frgm. 2 p. 648 M. al., Hier., ut nom. hebr. p. 117 al., Sulp. Seu., Aug., all.

*ancon: Aug. quu. in Heptat. II, 109 'facies duos anconiscos columnae' (Exod. 26, 17, ubi Vulg.: . . duae incastraturae fient) . . *anconiscos dicit, quos uulgo uoca-*

mus ancones, sicut sunt in columnis cellarum uinariarum, quibus incumbunt ligna quae cupas ferunt.

ancoratus Comp. Vitr.: A p. 4*, — **ancorare, ex-** Thes. nou. lat. p. 193 al.

anethatus: Apic., Plin. Val. II, 20 (aqua).

195 *anfractuosus*: Aug. c. Petil. III, 20, c. sec. resp. Iul. II, 28 al.

angarizare: Ps. Hier. indicul. de haer. 2 *Simonem Cyrenaeum, qui angarizatus crucem Illius sustulit* pro usitatiori *angariare* S. S., Vlp. Dig., Aug., all.

anglissare: Thes. nou. lat. p. 41.

anguillatio: Cosmogr. Iul. Caes. 45 *Nilus ibi congeminatur atque concurrens per anguillationem coronam faciens contortuosam . .*

angulare: Ambr., Ven. Misc. V, 6 (angularet).

200 angulariter: Boeth. geom. (locos r. Gg.), syll. categ. p. 800 D Migne al.

angulosus: Plin., Aug. (loc. r. Gg.), Oros. h. I, 2 *Corsica angulosa.*

angustiosus: Greg. M. in I Reg. V, 4, 9 *tristitiae angustiosum malum.*

anhelosus: Coel. Aur., Cass. Fel. 41 in. *asthmatici dicuntur latino sermone anhelosi uel suspiriosi.*

*animalis: *eccl.* ψυχικός Tert. de ieiun. adu. Psychicos 1 *agnosco animalem fidem studio carnis, qua tota constat, tam multiuorantiae quam multinubentiae pronam,* Vulg. 1 Cor. 2, 14, Hier. Did. spir. sanct. 31 *has disci-*

plinas . . Spiritus sanctus ministrat his qui animales esse desierint al., Rufin. Orig. princ. II, 8, 2 al.

205 animaliter: Mar. Victorin. adu. Arium III, 15, Aug., Salu., Cl. Mam. an. »I, 13 al.«.

animositas: S. S. Hebr. uet. et Vulg., Cypr. zel. et liu. 6 *animositate et liuore . . honoris inimicus*, Arn. III, 1 *linguae omnes . . ad fidem illius abrogandam consensionis unitae animositate conspirent*, Firm. math., Amm., Hier. in Is. hom. 2, 2 *sermones nostri amaritudine pleni sunt, ira, animositate*, Rufin. h. eccl. XI, 33, Aug. (ut uer. rel. 6, 10 *prauam opinionem pertinaci animositate defendere*, 53, 103, grat. Chr. 30 al.), Oros. hist. II, 17, intpr. Orig. in Matth. 124, Macr., Sidon., Cassiod. Var. II, 33 et 35, alii.

*annalia tempora *spec.* Jahreszeiten Cass. Fel. 66 *secundum annualia tempora* (pleuritis) *frequenter hieme et autumni fine contingit*, Coel. Aur. tard. III, 8, 110 *secundum annalia tempora, quae Graeci horas appellant, difficiles inquiunt curatione aestatis tempore laborantes.*

annexio: Terent. Scaur. (sub Hadr.) orthogr. p. 2249 Putsch. *scribendi ratio uitiatur per adiectionem, detractionem, immutationem, adnexionem*, id. ib. 2251 *per adnexionem, ut cum in uerbo nescio s literam priori syllabae iungunt* (nes-cio), Pall., al. Jul. Rufin.

annihilare, quod Hier. cum irrisione inter portenta uerborum refert, usurpant Cassiod. in ps. 109, 4, Iorn. hist. Goth. 29 *coeperunt eius* (Theodosii) *filii utramque rempublicam luxuriose uiuentes annihilare;* gl. Labb. Cf. H (h. e. De latin. Hieronymi, Berol. 1880 Calv.) p. 118, n. 37.

210 *annisus*, u Symm., Cassiod. in ps. 100, 2 *ut, quod oculis carnalibus non uidebat, uiuaciter conspiceret animae desiderantis annisu.*

anniuersalis: Aug. c. Faust. XIX, 6 *azymorum anniuersale ius*, XXXII, 3 *sacrum*, gloss. Labb.; — uulg(atius est) anniuersarius.

annositas: Aug., Cod. Theod., Arn. iun. confl. II, 1, in ps. 30.

annullatio: Hier. (cf. 209), inc. uisit. infirm. II, 5 *per quorum annullationem aeternam possidebis requiem*, Myth. Vat. III.

annumeratio: Hier. (loc. r. Gg.), Rufin. Orig. in Leuit. h. 3, 8 (aries) *sicli sancti adnumeratione mercandus*, anon. consult. Zacch. et Apoll. II, 2 *fidei substantiam non depressam humo regere, id est non inclusam cordis retinere secretis, sed notitiae cupientium prompta annumeratione mutuare ac uice fenoris multiplicare praecipimur*, Cod. Theod.

215 **annumerator**: Nou. 73, 6.

anteliminare: Hier. in Ezech. comm. XII ad 40, 5 sqq. *quod* (*αἰλάμ*) . . *Symmachus anteliminare interpretatus est.*

**anteloquium*: q. praefatio Symm., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 47 *ostendamus iam, quid his anteloquiis adiuuemur*, Mar. Merc. Nestor. epist. 1, 1 *quorsum hoc anteloquium?*

antelucare: auct. Quer. II, 4 *quoties est antelucandum* (i. e. ante lucem aliquid agendum), gloss.

antemurale: Hier. in Is. comm. VIII ad 26, 1 al., Vulg.

220 **antenouissimus**: q. paenultimus Maxim. Victorin. rat. metr. p. 218 K. *antenouissimus pes huius uersus.*

anterior: Amm., Cassian., Boeth., temp. Symm., Hier. (loc. r. Gg.), Sulp. Seu., Rufin. Orig. princ. I, 2, 10 *ne uideatur alicui anterior esse in Deo omnipotentis appellatio natiuitate sapientiae, per quam Pater uocatur* al., an. in Iob I p. 73, Prosper contra collat. 21, 3 *pro anteriorum scriptorum meritis,* adu. Sid., Cassiod. in ps. 33, 13.

anteritas: Thes. nou. lat. p. 34.

antesignator: C. I. VI, 1, 3561 *P. Aelius Macer antesignator trib.* (antesignanor. corr. Grut.).

anticipatio: graecum prolepsis interpret. Cic. et ut t. t. rhet. Iul. Ruf., usurp. Arnob. II, 4 *cum haec sit condicio futurorum, ut teneri et comprehendi nullius possint anticipationis attactu* (cf. VII, 4), »III, 13 anticipationibus itionum«, Hier. in Mtth. III ad 21, 18 *discipulorum animos signi anticipatione firmare.*

anxiari: App. s., S. S. uet. et Vulg., Tert. (?), Ambr. (?) serm. 37, 6 *anxiante Petro*, »Ambr. serm. 11, Arnob. iun.«, gloss.

225* **anxiositas**: Thes. nou. lat. p. 46, anxiosus Coel. Aur.

aperculus: Thes. nou. lat. p. 52 al.

*apertio: *transl.* i. reuelatio Hier. (?) ad amic. aegr. II, 13 *haec prophetat, quorum apertione pars eius temporis, quae usque ad finem superest, indigebat.*

apiata s(ubst.): Cass. Fel. 34 p. 73 *cum apiata calida*, 43 p. 109, — i. e. aqua apiata Th. Prisc., Cass. Fel. 59 p. 148.

apomeli Plin. Val.: A.

230 *apophlegmatizare*: Th. Prisc., Cass. Fel. 71 p. 171 *ptarmico medicamento . . nares sicut in lethargicis apophlegmatizabis*, 1 p. 6 al.

apostatare: S. S. Sirac., Cypr. »ep. 57, 3«, Aug. in ps. 140, 23.

apostatatus, us: Greg. M. in I Reg. V, 3, 20 *apostatatus sui poena feriuntur.*

apostatrix: Vulg. »Ezech 2, 3« et Hier. ad l. *apostatrices gentes.*

apostema, ae Isid.: A.

235 *apostolice*: Prosp. et Vinc. Lir. (Quicherat Add. Lex.), Primas. in 2 Thess. c. 2 *per hoc apostolice comprobantur*, Fulg. Rusp. ad Trasimund. I, 11.

*apparere: *c. inf.*, quemadmodum *φαίνεσθαι* c. inf. Amm. XXVII, 2, 5 *ut aequiperare Romani hostium multitudinem apparerent*, *inferiores numero*, al. c. inf. uett. Gg. s. u. I, B, 2.

*apparitio: *eccl.* i. apparentia (*ἐπιφάνεια*) Victorin. Petau. schol. in Apocalyps. ex c. 1, 16 *claritas quod dixit*, *apparitio illius fuit*, *qua locutus est hominibus facie ad faciem*, Hier. ep. 120, 3 *Domini*, Oros. VI, 20 *apparitionem siue manifestationem Dominici sacramenti*, Primas. in Hebr. 9, Fulgent. c. Fabian. fr. 29 *missio Spiritus Sancti collatio est inuisibilis muneris*, *non apparitio per-*

sonalis, *quia nec ipsa missio localis intellegitur*, Cassiod. in ps. 13 ex. al., (Epiph.) hist. trip. IX, 9 *apertissima apparitio Dei* al., Ps. Hier. de epiphan. sermo 1 *quod nos apparitionem uel ostensionem dicimus*, *Graeci* ἐπιφάνειαν *uocant*, Isid. »Or. VI, 18, 6« *epiphania graece, latine apparitio siue manifestatio uocatur.*

appellatiuus: Hier. in Mich. I pr. *appellatiua nomina uertuntur in propria* al., Charis., Ps. Asc., Prisc., al. Ambr., al. (ἐφετικός) Nou. Iustin. uers. uulg. 100 epil.

*appellator der Appellirende: Paul. Sent., Paulin. adu. Coelest. 4 *nihil agente appellatore superior est ille qui uicit.*

240 **appensorius:** Thes. nou. lat. p. 446; — **appensio:** Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 74 (amplissimam esse nostri negotii dignitatem,) *ut ipsa rerum consideratio et appensio indicat*, *quas tuemur*, *ita etiam uester pauor*, id. ib. II, 140 et 141, VI, 16; — appensor Aug. (uerborum, appendere uerba Cic.)

appetibilis: App. dogm. Plat. II, 13, Hier. ep. 123, 2 *quam et nobilitas et forma et aetas et opes faciunt cunctis appetibilem*, Aug. serm. 66, 5, Macr., Coel. Aur., Boeth.

appetitorius: Dionys. Exig. Gregorii Nyss. de creat. hom. 31 *appetitoriam quandam uim eius rei quae deest*, *et expulsoriam eius quae superfluit corporibus inserens;* — *appetitor* Lampr., C. Theod., eccl., **appetitrix:** Aug. contin. 3 (continentia) *illius* (boni) *amatrix et appetitrix*, *huius* (mali) *uero et hostis et testis est*, *et decus appetens et dedecus fugiens* (appetitrix mss. Vat., — al. spectatrix).

*applaudere intr. c. dat.: App., *transl.* sibi applaudere Hier. in Is. comm. X ad 33, 13sqq. *philosophorum et oratorum mundi, qui applaudunt sibi in eruditione et eloquentia seculari*, in Soph. 1, 4sqq. *cum sacerdotibus, qui frustra sibi applaudunt in episcopali nomine . . et non in opere* al., uentri ep. 84, 6.

*appositio, ut cucurbitae, Cass. Fel. 67 p. 164, 77 p. 188 al., Coel. Aur.

245 *apprehensio*: Hier. in Ezech. comm. III ad 8, 3 *pars comprehenditur capillorum, quia totius apprehensionem capitis humana natura non patitur*, Macr., trnsl. i. catalepsis Coel. Aur. (et signif. diaet. pass. 55).

appretiare: Tert., Hier. in Zach. III ad 11, 14 al., Vulg., Rufin. in Symb. Apost. 20 *triginta argenteis audis eum appretiatum esse cupiditate proditoris.*

appretiatio: Mar. Mercat. Procli hom. s. 13.

*approbatio: p. al. Frontin. aquaed. 70 *approbatio nostra expeditissima est; erogat enim* (aquaeductus) *omnes* (quinarias: cf. aq. 25), *quas mensura deprendimus.*

approbator: Cic., Gell., Aug. in Galat. 12 al., Facund. c. Mocian. p. 861 (t. LXVII) Migne *condemnasse cum approbatoribus suis epistolam a Chalcedonensi concilio approbatam.*

250 *appropiare*: S. S. Ps. 54, 19 ap. Hilar. ad l. '*liberabit in pace animam meam ab his qui appropiant* (Vulg.: appropinquant) *mihi*', Hil. l. l. et s. 17 *non ministerio fidei appropians, sed irae Dei*, Lucif., Vulg., Hier., [Rufin.] in Os. II ad 5, 3, in Ioel 3, 4—8 al., Iulian. ap. Aug. c.

sec. resp. Iul. I, 138, intpr. Orig. in Matth. 20, 97 al., Sulp. Seu.

appropriare: anon. in Iob I p. 23 *singulis filiis appropriata mille*, Coel. Aur.

approximare: Tert., Cypr., Vulg., Hier. (?) in ps. 31, Rufin. Orig., in Cant. III p. 9, an. in Iob II p. 139 *cum talem noueris esse Iob, . . si audes, approxima, incipe, apprehende.*

appungere: Hier. quu. hebr. in Genes. 19, 35 *denique Hebraei, quod sequitur . ., appungunt semper quasi incredibile*, Vel. Long. orthogr. 2225 *pungit appungit;* part. appunctus Seru., Isid. habet Gg.

aptabilis: Gaudent. tr. 16 *nec aetate aptabilis, nec doctrina maturus*, interpr. Iren.

255 aquaeductus, i (nisi uero -um, cf. aquaeductium gl.) Arnob. iun. confl. II, 24 *per cuniculos aquaeductorum.*

aquilonaris: Eucher. lib. formul. 3, — aquilonalis Cic. fr. (?), Vitr. (IX, 6, 3), »Grom. p. 334 Lm«, Adaman. locc. sanct. II, 12 'Chebron in campi latitudine sita ad aquilonalem plagam' et saep.

***aranea** (morbi genus = herpes): Cass. Fel. 25.

aratura: anon. in Iob I p. 81 *arabant ultimam araturam atque nouissimam exercentes culturam*, Thes. nou. lat. p. 19.

arborosus: Thes. nou. lat. p. 60.

260 **arbustulum:** Aug. De correpl. et grat. 14 *qui quolibet plantante . ., et quolibet in agris uel arbustulis operante dat incrementum, Deus.*

arbutetum: Thes. nou. lat. p. 24.

archidiacon corr. pro archidiaconus: Cass. (Epiph.) hist. trip. V, 48 *archidiaconem eius ecclesiae . . archidiacone eius manum tenente* al., Ven. Fort. (nom. sing.). Cf. suum diaconem hist. trip. VI, 23, et plura exempla huiusce abusionis, ut nom pl. diacones S. S. uet., all., subdiacones Cassiod., diaconibus S. S., Cypr., Rönsch Itala p. 262.

archidiaconatus, us Leo M. ep. 113, 1, Greg. M.

arctatio: Commodian. Instr. u. 619 Pitra. Cf. Od. Mueller. ad Varr. Ling. Lat. V, 6.

265 *ardue*: Hier. adu. Lucif. 15 *indubitata ad Deum fides ardue reperitur*, Greg. M.

argentalis: Cass. Fel. 17 p. 24 (creta), »ital. argentale«.

argentile s. Anecd. Helu.: A.

argestare: Thes. nou. lat. p. 39.

arguitio (ἐλεγμός) S. S. uet. Os. (Rönsch It. p. 513), »Ps. 37, 15« *non habens in ore suo argutiones* (Vulg.: redargutiones) al., Hilar. in ps. 118 lit. 3, 19 *ut, etsi digna arguitione habeamus, non tamen arguamur*, ib. inf. et al., Hier. in Eccl. 7 p. 438 *sapiens perfectus nulla argutione indiget, nulla calumnia conturbatur*, intpr. Iren. (arguitio); — arguitus intpr. Or. in Mtth. 49 p. 305, it. p. 306 (arguiturus Sall. fr.).

270 argumentatio: Cic., Sen. ep. 89, 9 plur., Plin., Quint., Mar. Victorin., Ambr. off. min. I, 29, all.

argumentator: Tert., Aug., Boeth. comm. in Aristot. interpr. ed. pr. I, 6 *sophistarum, quos fallaces argumentatores latine possumus dicere* al.

*argumentosus: *pers.* Rufin. Orig. in Rom. VIII, 7 *qui perspicaces sunt et argumentosi in falsa sententia*, excc. ex Physiol. 18 *uulpes est animal dolosum et nimis fraudulentum et argumentosum*, Acr. ad Hor.

*argumentum: *q.* nomen Nigid. ap. schol. Germ. p. 50 B. (et Ampel. 2, 3) *Samothraces . ., quorum argumentum nefas sit (est) enumerare (pronuntiare) praeter eos, qui ministeriis (initiis) praesunt*, cf. signum HA p. 149.

arietulus: Thes. nou. lat. p. 20.

275 **armifactura**: Nou. uers. uulg. 86, 1 *prospeximus armifacturae opus nullum priuatum operari, solos autem illos arma facere, qui in publicis deputati sunt armifactoriis*, ib. 3. Cf. armifactor Vict. Vit. persec. Vandal. I, 10.

arnotinus: Aldh. De septen. p. 221, cl. Gell. IV, 3, 3.

arquaticus: Dynam(idiorum libri: Class. auctt. ed. Mai t. VII) II, 121 (folia uerbenae) *arquaticis prosunt;* — arcuatus (-qu-) Varr., Cels.

arreptiuus: Hier. (?) in ps. 33 *pro qua causa adduxisti istum hominem arreptiuum et furibundum super me?* pro arrepticius Vulg., Aug.

arrugia: Cass. Fel. 28 *ad dolorem aurium. gesentera i. e. uermiculos de arrugia . . quos Graeci oniscos dicunt — nascuntur in humectis locis hominum tactum fugientes ita ut se in sphaerulas plicando conuertant . .*, 30 p. 61. Has bestiolas Marc. Emp. 283 B (cl. 275 G, 306 G), auribus et ipse remedio esse asserens, cutiones ait uocari atque in fossatis uel in stercoribus nasci (*ἐν ταῖς κοπρίαις* Galen.), eosdemque oniscos Coel. Aur. tard. I, 4 (de epileps.), 119 porcelliones uocari humectisque et aquosis locis nasci dicit: uidetur itaque arrugia hic non esse, ut apud Plin., cuniculus per montem actus, sed potius canaliculus quidam aquam uel quosuis fluores riuans, riuulus autem adhuc hisp. arroyo (in med. lat. arrogium), lomb. rogia dicitur.

280 **arteriosus**: Cass. Fel. 71 p. 171 *iuxta auriculam in ipsis arteriosis locis.*

*articulare s.: Boeth. comm. in Ar. intpr. ed. prim. I, 3 *Graeci his per se dictis uerbis aliquotiens addunt articularia praepositiua, ut est τὸ τρέχειν, τοῦ τρ.* al., Prisc. pronomen articulare (hic).

articulosus: Plin., Quint. s., Cass. Fel. 23 p. 39 *contingit* (rheuma) *maxime in articulosis locis, ut in genu aut in cubito*, 24 p. 41, 27 p. 44.

*articulus: t. t. gramm. (Artikel) Quint., Hier. Didym. spir. sanct. 3 *ubi dicit . . cum additamento articuli τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, hoc est hic Spiritus Sanctus* (ib. inf. *cum articulata uoce διὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον . ., et non simpliciter πνεῦμα ἅγιον*), 15 *sine articulo, qui in graeco sermone singularitatis significator est.*

artificalis: pro artificialis (Quint.) Consent. ars p. 377 K. (tempora . . naturalia appellantur praesens, praeteritum et futurum.) *sed praeteriti temporis distinctiones tres inueniuntur, una quam dicimus plusquamperfectam . ., alia . . quae est perfecta . ., tertia, quae imperfecta appellatur . ., et hae artificales dicuntur*, p. 344 al., Pompei. Anecd. Helu. p. 85 *omnia nomina aut naturalia sunt hoc est simplicia aut artificalia id est composita.* Cf. cognominata *homicidalis, homicidialis, — praesidalis, praesidialis . .*

285 **artifice**: Adaman. locc. sanct. I, 2 *in tribus locis parietis medii artifice fabricatis* h. e. fabre factis (adi. artificus DV gloss.).

artificialiter: Quint., »Chalcid.«, [Boeth.] c. Eutych. et Nestor. 1.

artuatim: Firmici, Hier (?) ad amic. aegr. II, 8.

asellio: auct. Praedest. I, 69 *cum aliquantis asellionibus Byzacenis;* — Asellio cognomen olim notum.

Asiacus: Ampel. 18, 18 *Asiacae prouinciae*, 47, 5 (gentes).

290 **aspersorium**: Thes. nou. lat. p. 547.

*aspicere: *al.* aliquem i. e. pertinere ad Rufin. Orig. in Rom. IV, 7 (quae de ipso scripta sunt) *non ipsum solum, sed et nos aspiciunt.*

*aspiratio: *transl.* Tert. apol. 22 (daemonum), Lact. inst II, 14 *magorum ars horum* (daemonum) *aspirationibus constat*, Amm., Hier. Didym. spir. sanct. 29

Spiritus Sancti al., Rufin. in Iud. 5, 1 *diuinae gratiae*, intpr. Iren., Cassiod.

assellatio: Cass. Fel. 48 p. 122 *sequitur patientes* (in dysenteria) *iugis assellatio inferioris uentris aliquando fellita, aliquando uiridis et sanguinolenta, aliquando mucillaginosa*, ib. pag. 127 *frequenti deiectione assellationis*, 50 p. 130, **assellatus,** us Theod. Prisc. (loc. r. Gg.), — ab assellari Th. Prisc. IV f. 312b al., Veg. u., uel assellare Th. Prisc. IV f. 315a, Veg. u., Cass. Fel. 51 p. 135 *cum nimie assellare desiderauerit* (cf. Du Cange s. u., et offerre A p. 56sq.).

295 **assentiae** (assentationes): Thes. nou. lat. p. 56, gl. Plac.

*assertio: *transl.* Arn. »IV, 21« *o deorum assertio religiosa* al., It. Alex., Hier. in Zach. II ad 9, 13 *philosophorum omnis assertio atque argumenta gentilium destruentur*, adu. Rufin. II, 23 *nunc tuis assertionibus obuiasse sufficiat* al., Rufin. Orig. in Rom. IV, 8 *si haec assertionibus humana arte quaesitis defendas* al., Arnob. iun. in ps. 103 *per assertionem catholicam aduersus haereticos* et saep., Praedest. I, 16, 90, III, 14 al., — *sim.* transl. assertor Lact. (ueritatis), Zen. I, tr. 1, 3, saep. Hier. (sententiae, dogmatis), ut ep. 84, 8 *nouorum dogmatum*, adu. Iouin. I, 48 *Epicurus uoluptatis*, adu. Rufin. II, 15 *dicis te non esse defensorem neque assertorem Origenis* al., Rufin. Orig. in Rom. VI, 13 *ne non tam scientiae eius, quam sermonis, in quo non uult se peritum dici, assertores uideamur esse* al., Macr.

296* **assertrix**: Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 5 *uoluptatem sexuum tabem esse generis humani, assertricem iuris diabolici.*

assisa, sicut accessa (Seru.), q. accessus maris uel aestuum: Isid. De ordine creatur. 9, 7 *impossibile est ut* (mare) *non aliqua spatia deserat, quando per nostrarum terrarum solum exundat, sicut eadem loca a nobis recedens implet, ut nostra assisa ibi sit recessa, et nostra recessa ibi sit assisa,* ibid. 5 *ledonis assisa . ., malinae assisa.*

assistentia: inc. quaestt. ex utroque Testam. (t. 35 Migne) 115 *Dei nostri assistentia* (»Ms. Colbert: ducio«) *imploranda est ad tutelam.*

*associare: i. associare passus Stat., sed c. acc. *pers.* auct. de S. Hel. 16 *ipsam associantes coeperunt super ipsam plangere.*

300 **assolidare**: (Mar. Victorin.) De physicis 18 *quae ex uuido constituta supradicta ui assolidantur.*

assolitus Faust. Rheg.: A.

assonatio: Cassiod. in ps. 1, 1 *etymologia est oratio breuis, per certas assonationes ostendens, ex quo nomine id quod quaeritur uenerit,* id. in 135 praef. Cf. consonatio id. in ps. 72 p. 244 Garet 'instrumentorum musicorum consonatione', in 150, 5 al. (assonare Ouid., Pers., Cassiod. in ps. 102, 1, trans. Appul.).

assonus: Cassiod. in ps. 135 pr(aef.) *hoc imitati poetae assona carminum floscula condiderunt, supernarum uirtutum sonos ad mundana studia transferentes,* id. in 54, 26 *uerbis euangelii assona ueritate consensit,* it. in 68, 38. Cf. absonus, consonus, dissonus, — resonus p(oet).

assultatio: Dionys. Exig. Greg. creat. hom. 19 (sic auida porcorum edacitas occasiones auaritiae praestitit), *sic assultatio equi exordium superbiae facta est.*

305 astrifer: Lucan. Phars. IX, 5, dein cett., quos cit. Gg.

astrolapsus, us (corr., *ἀστρολάβον ὄργανον*) inc. exc. mathem. (Macrob. ed. Ian t. I p. 218sqq.) I, 8 *sumpto astrolapsu, qui secundum ambitum firmamenti in CCCLX gradus per circuitum diuiditur*, 31 al., exc. II, 3, uel **astrolapsum,** i schol. Macr. Comm. ad I, 20, 9 (male intellexit Gg.).

atramentarium: Hier. in Ezech. III ad 9, 2, Vulg., Caper, gl.

attabernalis: Thes. nou. lat. p. 3 et 77.

attaminatio: Aug c. Crescon. III, 56 (postulatio aduers. Felician. et Praetextat.) *depranationis huius* (sc. haereseos Maximiani) *attaminatione fuscatus.*

310 *attestari: c. *dat. rei* anon. in Iob II p. 129 *non solis iustificationibus eius sunt attestati, sed et tolerantiae . . atque dilectionis . . plenitudini,* ib. sup., I p. 27, ib. p. 56, III p. 217 *uehementiae dolorum eius* al.; al. Cass. Fel. 46 p. 116 *contingit sanguinolentus minctus, attestante renium dolore*, quemadmodum freq. Coel. Aur., e. c. tard. IV, 5, 81.

attestatio: Treb. Poll., Theod. Prisc. II chr. 16 *attestatione manifesta cognoscimus* al., »Vulg. Gen. 43, 3«, Ambr., Aug. ep. 43, 14 *nulla documentorum attestationes*, in Gal. 11

Pauli attestatione et consensione al., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 43 al., Macr., C. Theod.

attestator: Aug. serm. 288, 2 *ueritatis*, id. Bapt. VII, 41, 81 *et iste attestator est consuetudinis.*

attitulare: Rufin. Orig. in Leuit. hom. 16, 6 *Esaias . . sub uisione quam attitulauit quadrupedum in deserto*, id. Orig. in Cant. III p. 17 *isti psalmi, qui pro torcularibus attitulantur* al., Gennad. uir. ill., Cassiod. (Epiph.) hist. trip., trnsl. Beda.

attitulatio: Rufin. prol. ad Orig. in Cant. p. 290 *de attitulatione libelli ipsius, cur Canticum Canticorum superscriptus sit*, ib. p. 323 *attitulationibus librorum suorum*, p. 324 *de attitulatione ac superscriptione libri*, p. 326.

315 **attonsio:** [Rufin.] Comm. in Amos II, ad 7, 4 *multo maiorem esse calamitatem, quam immissa operetur exustio, omni illa, quam germinum afferebat attonsio.*

attrectabilis: De miracc. S. Steph. (c. sec. V in.) II, 2, 6 *quadam sibi uisibili et attrectabili manu os suum corrigi et compalpari persensit.*

attrectator: Hier. nom. hebr. p. 21 *Musi· attrectator siue palpator meus.*

attributio: Cic. ep. aliq. et inu., S. C. ap. Frontin. aq. 108 *uti usque eo maneret attributio aquarum*, App. mund., inscr.

auctorate: compar. Iul. ap. Aug. c sec. resp. Iul. II, 19 *quod . . non suo sermone . ., sed Euangelii testimonio quasi auctoratius denegauit;* superl. id. ib. V, 30

euerberat eum praeceptor suus, *et in ius auctoratissime* (mss. auctorissime) *trahit.* Cf. inf. s. u. demersus.

320 aucupalis: Paul. Diac. epit. Fest., Hier. (?) ad amic. aegr. I, 8 *aues aucupali fraude captiuae.*

aucupalis: Vlp. Dig., Hier. in Ezech. hom. 11, 5 *audentes promittimus*, *quod non ualemus implere* et saep., Vulg., Rufin. Orig. in Iesu N. hom. 23, 3, comp. pA.

audibilis: Ambr., Th. Prisc. IV fol. 317a *dissipatae* (uoces) *difficilius audibiles sunt*, ib. f. 316b, Aug. de magistro 8 *illa uisibilia sunt*, *haec audibilia; cur enim et hoc nomen non admittas, si admisimus* '*significabilia*' al., Boeth.

*audire: q. intellegere Quint., Gell., saep. Hier., ut in Cant. tr. 1 p. 505 Vall. *qui audire Scripturas spiritualiter nouit* al. (cf. *subaudire* Vlp. Dig., Hier. saepe, ut in Ies. comm. IV ad 22, 20sq. '*locuti sunt ad te*', *ut subaudiatur* '*prophetae mei*', Rufin. Orig. in Rom. IV, 8 p. 290 L. al., [Rufin.] in Am. II ad 8, 11, Iulian ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 177 al., Gramm., ut et Prisc. inst. XV, 1, 4, Boeth.), atque ita *auditio Hier. in Is. hom. 6, 3 *bifariam sciens sermonis auditionem*, . . *hoc est aliud eorum corporale, aliud spiritale*, *auditor, ut Hier. in Is. comm. II ad 3, 3 *dicendum*, *quod inter ceteras gratias spirituales etiam prudens auditor in ecclesia necessarius sit*, '*alii enim datur prophetia*, *alii discretio spirituum*' (1 Cor. 12, 10).

auen(i)care: Thes. nou. lat. p. 21.

325 auersare: Hier. in Am. I ad 1, 5 *nonne* (debeo) *clementiae meae multum auersare ab eo?*

aufugare: Venant. Misc. II, 9, 22 *aufugantur crimina.*

augmentare: Firm. m., anon. in Iob III p. 234 *augmentari sibi annos*, 1 p. 25 *fructus terrae augmentati*, Nou. Valent., Boeth. Arist. Anal. post. I, 11 al., Fab. Claud. Gord. Fulgent. aet. mundi XI p. 141 *dum . . Cremera senatoriae mortis diffinitionibus augmentatur*, Cod. Iust., Verecund. in cant. Deuter. 6, Greg. M. ep. II, 31 ex.

augmentatio: Aug. in ps. 80, 8 *Ioseph interpretatur augmentatio*, anon. in Iob II p. 142 *gloriae*, Boeth., Cassiod. in ps. 87, 14 *expedit pro muneris augmentatione differri*, Reg. Bened. 2 *in augmentatione boni gregis.*

augmentator: Gaudent. serm. 17 *successores et augmentatores*, Cassiod.

330 augmentum: Sen. suas. 1, 4, cett. (sed augumentum t. t. sacrif. iam Varro).

auianus: Thes. nou. lat. p. 57.

aulanus: ib. p. 23 et 48.

aulidus: Mart. Cap. IX, 305 *aulidae dulcedinis cantus insonuit* (uulgo: aulicae, at illud codd. optimi Bamberg. et Reichen., idemque affertur e Mart. l. l. Thes. nou. lat. p. 24).

aureosus: Cassiod. (?) in Cant. 5, 11 *elatae palmarum sunt rami productiores et excellentiores, interdum aureosi coloris, crispantes et semper ad excelsa tendentes;*

— aurosus Lampr., Pall., Veg. uet., Herm. Pastor I, 4, Eustath. Hexaem. VII, 6 'aurosam lanam maritimae nutriunt pinnae', Plin. Val. De re medica II, 37 'spumae argenti aurosae'.

335 *auricularis*: Plin. Val. IV, 18 *tumoribus auricularibus*, Isid. Or. XI, 1, 71, cod. Iust. (?).

auriginosus: Marc. Emp., Theod. Prisc. IV f. 312 b, gl.

aurilegium: Thes. nou. lat. p. 20.

aurorescere: Rufin. Clem. recogn. X, 53 *cum iam aurorescerct*, Arn. iun. confl. de Deo trino et uno I, 18 *aurorescente die* (Aldh. locum add. Gg.).

austrare: Thes. nou. lat. p. 41.

340 *auulsio: Cypr. (loc. r. Gg.), Paulin. Nol. ep. 13, 8 *pium est contristari de auulsione carorum*, intpr. Orig. in I Sam. hom. 1, 6; concr. spec. iam Plin.

auxiliatio: Non., Ambr. (loc. r. Gg.), Cassiod. in ps. 26, 4 *cum ualletur auxiliatione diuina*, Ps. Appul. remed. salut. p. XLI Sillig *sine auxiliatione* (γρ. auxilitatione) *medicorum*, — auxiliator pA, Amm., Aus., Paneg., Ambr. in ps. 61, 17, Hier. in Is. IV ad 10, 1 *Deum, qui uerus auxiliator est* al., Hier. (?) in ps. 75, Rufin. Orig. princ. III, 4. 6, [Rufin.] in Os. III ad 11, 5 sqq., intpr. Orig. in Matth. 33, an. in Iob II p. 197, Aug. serm. 352, 6, id. c. Acad. I, 9, 24, Ps. Cypr. XII abus. 6.

auxiliatorius: Thes. nou. lat. p. 36.

Bacchator: anon. Zacchaei christ. et Apollon. philos.

Consult. III, 8 *dum et falsoris prodentur insidiae, et breuitate temporis constringitur insania bacchatoris.*

bacellus: Hier. reg. Pachom. 81 (r. Gg.), bacillus Isid. pro uulg. bacillum.

345 *ballare*: Aug., Fulg. Ferrandi breuiar. canon. 188.

balsamaria herba Plin. Val.: A.

baptizatio: Ambr., Adaman. locc. sanct. I, 1 *post talem Hierosolymitanam baptizationem.*

baptismum: S. S. uet. (Rönsch It. p. 270), Tert., Hier. c. Pelag I, 22, Gaudent. tr. 3 *post illud baptismum.*

barca: P. Nol., inscr. lat. Hisp. ed. Hübner n. 13 *edito barcarum certamine*, [Fulg.] serm 67 *remotum est omne naufragium, . . quia barcae subueniunt dulcium piscatorum, tuta sunt litora per apostolica retia*, Isid. (Or. XIX, 1, 19: barca est, quae cuncta nauis commercia ad litus portat), Aldh. de octo uitiis 364.

350 **bassus** (Bassus): Adamant. Martyr. de b et v p. 176 K. *bassus id est grassus in glossematibus repperi*, gloss. aut i. crassus, aut i. non altus, gl. Pap. i. curtus, humilis unde deriu. in med. lat. bassare (*baisser*) cett.

basilicarius s.: Isid. ep. 1, 14 *ad thesaurarium pertinet basilicarii et ostiarii ordinatio . . de candelis . . quidquid superest in basilicis, basilicarius per singulos menses huic deportat . .*, ib. 13, gloss.

batillum (pro uatillum, ut uidetur), quemadmodum et Hor. Sat. I, 5, 36 legi solet, habetur etiam Rufin. Orig.

in Num. hom. 9, 1 et S. S. Num. 16, 37 sqq. l. l. (Vulg. turibula), gloss. (ut in glossis Trinummi »u. 492« batillum: turibulum).

beatificare: S. S. uet. et Vulg., Aug., anon. in Iob I p. 21 *iccirco apud Deum in infinita secula beatificatur*, intpr. Orig. in Matth. 18, Claud. Mam. an. I, 13, Iulian. uit. contempl. I, 9, [Isid.] coll. canon. 4 (conc. Gangr.) p. 32 Arev.

beatificator: Aug. in ps. 99, 3 *Deus noster*, *beatificator hominum.*

355 beatificus: App. s., Aug. (doctr. christ. I, 29 al.), Fulg. Rusp. de fide 31 *illius beatifici boni.*

beatitudo: Cic., — Petr. s., saepius App., interdum Lact., Paneg., dein freq. eccl. postt., ut u. c. Hier. persaepe, ueluti in Eccl. 11 p. 480 *beatitudine dignus*, 7 p. 439, c. Ioann. 31, plur. adu. Lucif. 22 *beatitudines*, *quas Dominus discipulis in monte . . deliueauit*, *octo sunt* al., [Rufin.] in Os. III ad 12, 3 sqq., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 114, intpr. Orig. in Matth. 62 al., anon. in Iob I p. 19, . .; *meton.* in allocutione episcopi, ut e. c. Hier. ep. 15 (ad Damasipp. pap.), 2 *beatitudini tuae communione consocior*, ib. 4 et 5, 20 (ad eund.), 6 al., all.

bellacitas: Thes. nou. lat. p. 63.

bellificare Theod. Prisc.: A.

belligerari: Hyg. f., Rufin. Orig. in Iesu N. h. 18, 3 *quia nouerat belligerari.*

360 **belligeratio:** Adaman. uit. Columb. I, 29 *ut eos a belligeratione separaret*, III, 14, — *belligerator* Vulg. Macc., Auien., Aug. Ciu. D. XVIII, 15, id. in ps. 131, 3, anon. in Iob I p. 9 *tanquam constantissimus belligerator* al., Ven. Fort.

belluinus: Gell., Iul. Val., Ambr. Hexaem. VI, 9, 54 *ut neque belluina uastitas horrori sit nec gracilitas tenuis infirmitati*, Rufin. Orig. in Num. h. 14, 2 *si belluinam duxeris uitam*, h. 25, 3, Aug., Prud.

benedicibilis: act. Ps. Aug. serm. 120, 6 *benedicibilis salutationis.*

benefactor: anon. in Iob I p. 18 *creator uniuersorum ac benefactor omnium* al., Eustath. Hexaem. III, 10, Cassiod. (Epiph.) hist. trip. VI, 1 *nec animum benefactoris placans*, IX, 25 al., Coripp.

beneficiosus: [Fulg.] serm. 53 *o miraculo referta beneficiosa uindicta*, Not. Tir.

365 *beneolentia*: Hier., Vigil. Taps. c. Eutych. III, 12.

beneplacitum: Hier. in Eph. I ad 1, 5 *εὐδοκίαν* . . *nos possumus dicere beneplacitum*, S. S. uet. et Vulg., Aug., Oros.

bestialis: Ambros. de philos. contra Plat. ap. Aug. c. Iul. II, 7, id. de Elia 16, 59 al., Aug. lib. arbitr. III, 69 *animarum bestialium*, id. Ciu. D. XVIII, 16 al., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 38 *bestialem seditiosorum furorem*, Rufin. Orig. in Gen. hom. 1, 17, Prud., Sidon., *adu.* Aug. nuptt. et concup. I, 4 *isto bono* (nuptiarum) *male*

utitur qui bestialiter utitur, Salon. Vienn. expos. in Ecclesiast. p. 1001 (t. LIII) Migne *bestialiter et carnaliter*, *sicut iumenta et pecora*, *uiuunt*, ib. p. 1011 A.

bibitio: Eucher. homil. 9, intpr. Orig. comm. in Matth. 95 *bibitionem eius* (calicis) *effugiens*, Ps. Aug. serm. 294 (»Caesarii«), 8, »gloss.«; — bibitor Sid.; part. perf. bibitus Capitol., Aug. in Ioann. tr. 32, 4 'bibito isto liquore' (ebibitus id. Ciu. D. XXII, 6), [Hilar.] anon. in Iob p. 226, intpr. Iren., Pl. Val., C. Aur., ut tard. IV, 3, 60 'post bibitum lac', S. Placit. Medic. ex animal. 14, 13, Anthim. 75, 76, alii postt., bibiturus Vulg., Hier., Cassiod.

bicapitus: Cass. Fel. 35 p. 75 (uua) *dicephalos appellata uel bicapita.*

370 *biceps: *al.* gladius Hier. in Is. comm. VIII ad 27, 1, Vulg., hamus Sidon.

bicornius: Cosmogr. Iul. Caes. 9 *fluuius Susas nascitur bicornius*, *efficitur unus*, *effluit in sinum Persicum* (bicornis p, Plin., postt.).

bicubitalis: App. herb. 67 *thyrso bicubitali* (id. 71 'ramis bicubitis'; Plin. XX, 94, 253 Ian. et Detl. 'bipedali').

biduanus: Egesipp. V, 24, 3 *post biduanum ieiunium*, Cassian., Alcim., Isid. reg. monach. 18, 3.

bifarie: Victorin. Petau. fabr. mundi p. 313 (t. V) M., Cassiod., — *bifarius* Arn. V, 35, Commod., Amm. XIX, 9, 4 *anxietate bifaria stringebatur* al., Zeno II tr. 55, Hier. in Is. hom. 6, 3, Isid. ord. creat. 8, 14.

375 **bilinguitas:** Cassiod. in psalt. praef. 15 *sine dolo bilinguitas.*

binatim: Facund. defens. IX, 1 *quanta possint in eius libris similia binatim ac singillatim posita reperiri.*

binio: Egesipp. V, 24, 3 *cum . . aluum purgarent, egesserant aliqui biniones aureos, quos absorbuerant, cum adornarent fugam* i. e. »numos duplicis pretii, maiores«, Isid., gl. Philox.

bipotens: Mar. Victorin. adu. Arium I, 32 *bipotens enim et gemini luminis.* Cf. 4483.

birrosus: Thes. nou. lat. p. 79.

380 *bissextīlis*: Iul. Honor. cosmogr. p. 72 Riese (Geogr. lat. min.) *bissextilis rationis inuentor*, Isid. rer. nat. 6, 4 *annus bissextilis est, in quo unius diei per quadriennium ex quadrantis ratione summa colligitur*, id. »Orig. VI, 17, 25«.

bistacia: Acr. ad Hor. Sat. I, 6, 106 *pera, quam dicunt bistaciam*, — ¿ an: bisacciam, ut est in gloss. (*bissac, besace*), bisaccium Petr.

bituminatus: Plin., Hier. quu. hebr. in Gen. 6, 14 *bituminata* (ligna), bituminare Ambr., Aug., gl.

biumbris: Eustath. Hexaem. VI, 8 *amphiscii id est biumbres*, »gloss.« (Quicherat). Cf. *ciliumbris* Boeth., *exumbris* gl. Isid.

blandit*ies*: App., inc. Zacch. et Apoll. Consult. III, 10, Aug.

385 **blanditio:** anon. in Iob I p. 73 *quasi non propter sinceritatem, sed propter pecuniae blanditionem Deum coluerit.*

*blandus: Cass. Fel. 7 *sympasmate blando uteris*, 34 p. 74 *clystere* al., blande 28 p. 45 *lana molli cauernas blande obtrudes*, 32 p. 67 et saep. (sim. moderate 21 p. 34, 40 p 91, 75 p. 180), cf. Coel. Aur. t. I, 5, 155 *blando tactu*, ac. III, 3, 11 al.

blasphemator: Aug. contra aduersar. Leg. et Proph. I, 10, 13 *indoctis blasphematoribus literarum sacrarum*, ib. II, 2, 8, id. c. mendac. 5, anim. orig. II, 2, 4, in Ioann. tr. 11, 13, serm. 19, 4, 56, 10, 58, 4, 61, 10, 105, 8 et 10, 286, 6, 311, 11 et 15 et saep., Ps. Aug. serm. 101, 2, Hier. (?) ad amic. aegr. II, 10, 12, Pacian. ep. 3, 1, id. paraenes. ad poenit. 5, actt. S. Sebast. 21, 82 (deorum), Mar. Merc. apol. adu. Orient. p. 936 (t. XLVIII) Migne *quis adeo blasphemator est, ut . .?*

blasphemiter Mar. Victorin.: A p. 5*.

blasphemium: ad DV add. Praedest. III, 3.

390 *blateare: de uoce, quam emittunt cameli Anth. Lat. 730, 3 R. (blaterare P. Diac. ep. Fest.).

blattealis: Thes. nou. lat. p. 68.

blatteus: Vop., Cassiod. Var. V, 34 *modo ueneta, modo blattea*, VIII, 5, Isid. Or. XIX, 28, 8.

bletus: Dynam. I, 29, Pall. (blitus) et *bleta* Dyn. ib. p. 400 pro blitum (*βλίτον*).

bombosus: Aldh laud. uirg. 20 (uox), id. carm. de uirg. 57 (b. fauce) al.

395 bonatus, us (?) Petr. 74 *dum bonatus ago, et nolo uideri leuis, ipse mihi asciam in crus impegi.* Cf. bonouiratus, us Sid. ep. VII, 9, et exempla figuratorum in -tus, us ab adi. caelibatus, primatus, reatus, summatus . ., et recc. egregiatus, maioratus, minoratus, prioratus, postumatus, proximatus, alia.

bouilis: adi. Hyg. f. 30 *stercus bouile*, bouile s. i. bubile Cat. fr., Veg. u.

branchiola: Thes. nou. lat. p. 66.

breuiatio: Aug. gestt. Pelag. 32, 57 al.

breuiculus: *subst.* = breuis subst. i. breuiarium, index Rufin. apol. II, 36 *accepto breuiculo, in quo militum nomina continentur*, Aug. retractt. II, 39 *huius operis titulus est: breuiculus collationis* (cum Donatistis), id. collat. c. Donat. praef., Codd. Theod. et Iust. in inscr. tituli 'de sententiis e breuiculo recitandis' (attamen e coni., cum in mss. sit 'e periculo'), Isid.

400 **brodium** (ital. brodo, Brühe): Gaud. tr. 2 p. 860 *sine brodio, id est iure carnium*, cf. Du Cange.

bromosus: Zen. II tr. 61 *bromosum latronis cruenti conuiuium*, Coel. Aur. (et sign. diaet. pass. 63 al.); gloss. 'bromum, sordem maris'.

brucosus: Adaman. locc. sanct. I, 21 *non enim brucosa* (bruchis scatens?), *sed herbosa et florida illius terrae qualitas;* eadem prope uerba e Bed. eccl. hist. Angl. cit. Quicherat.

brumosus: Isid. ord. creat. 6, 8 *nebulosi ac brumosi aeris*, thes. nou. lat.; cf. Löwe Prodr. corporis glossarior. lat. p. 80 sq.

bubulinus: Gargil. med. ex oler. et pom. 14 (fel), Marc. Empir. p. 283 C medulla, Veg. u., Cass. Fel. 80 p. 192 fel, Iun. Philos. descr. orb. 61, Anthim. 12, »Alex. Trall. 2, 241«.

405 **buccellago** Plin. Val: A.

bulimiacus Theod. Prisc.: A.

bullifer: Aldh. laud. uirginit. 9 (balteus).

*bullire: *trans.* Plin. Val. II, 28 *fenumgraecum bullies in aqua,* Th. Prisc. I, 5.

bursarius: Ps. Aug. ad fr. erem. serm. 28 *te* (Iudam) *bursarium fecit*, — a bursa (i. crumena) ib. s. 33 'bursam euacuare' (byrsa gloss.)

410 **bustifragus**: Thes. nou. lat. p. 73, cf. bustirapus Plaut.

Caballicare (-igare): Anthim. praef. p. 67 R. *si quis caballicando et in labore festinando amplius potum praesumpserit, commouendo se in equo uexabitur;* — caballicatio intpr. Alex. Trall. (Rose p. 99), caballatio Cod. Iust. Cf. Plin. mangon-ic-are, pastillicare, recc. flamm-ig-are, fumigare, humigare, manicare (mane), ouicare, tenebricare et sim. (gnarigare pr., albicare, nigricare, crispicare Gell., uariegare App., Aus.), et Zeitschr. f. vergl. Sprachf. N. F. VI p. 290.

cacabaceus: Tert., Zen. (loc. r. Gg.), Aug., Dynam. I, 7 *cacabacius panis calidus siccat, frigidus uero multo minus.*

cachecticus: Theod. Prisc. II, chr. 19 (Plin. XXXII, 39, 117 nunc legitur 'cachectis', a *καχέκτης*).

cacologia: Gelas. adu. Andromachum in. *studio cacologiae, quae nesciunt, arguentes.*

415 **cadabundus**: Thes. nou. lat. p. 179 al.

*cadiuus: *al.* q. epilepticus Marc. Emp., Dynam. II, 61 *ipsa herba* (asterion) *medetur cadiuis.*

cadulus: Thes. nou. lat. p. 100 *cadula i. frusta ex adipe, quia particulatim cadunt.*

caecatio: inc. de uisit. infirmor. (t. 40 Migne) 8 *o exterminanda cordis caecatio*, gloss., — caecator P. Nol.

caecitare: Arnob. VI, 22 *mente anima lumine rationis iudicioque caecitatis* (cod.).

caementatus: Primasii (sec. VI med.) comm. in Ep. I ad Cor. c. 3 *ne . . uelut male caementati lapides de aedificatione Dei cadatis.*

calabrica: s. Plin. Val., Cass. Fel. 53 p. 138 *post defricationem adhibitam lana munda operire et molli ac tenui calabrica ligare.*

calaminus (*καλάμινος*): intpr. Orig. in Matth. 125 uirga. Hinc insulae quaedam dictae uidentur esse Calaminae, quarum mentionem faciunt Varr., Plin., Mart. Cap.

calamtis: Dynam. II, 37 *calamtis genera sunt tria*, 38 *calamtis hoc est nepetae folia*, — pro calaminthe App. herb., cf. Macer XV.

calcabilis: auct. Zacch. et Apoll. Consult. II, 16 *de calcabili, ut ipse non renuis, limo*, Sidon., Greg. M.

425 *calcatio*: torcularis S. S. ap. Cypr. ep. »63, 7« et Cypr. ib., Victorin. Petauion. schol. in Apoc. ex c. 14, u. 19, 20.

calcatorium: Aug. in ps. 8, 2 *in calcatoria torculariorum*, Pall., Isid.

calcese: corr. pro carchesium (Mastkorb) schol. Lucan. V, 418 *quod nunc calcese dicunt* (ut hodieque Italiani, annotante Vsenero), *in quo trochleae, per quas funes currunt.*

calchantum: Plin. Val. I, 32 al., pro chalcanthum Plin., Th. Prisc. I, 27.

calcitrosus: Petron. 39 *tunc calcitrosi nascuntur et bubulci et qui se ipsi pascunt*, Col., Dig.

430 *calculatio*: i. computatio Mar. Victorin. ars gramm. III p. 128 K. *unde et tribrachys pari calculatione admitti pes poterit duabus breuibus in unam* (longam) *coeuntibus*, Cassiod., Venant.

calculosus: Vitr. II, 3, 1 *non de arenoso neque calculoso luto . . sunt ducendi* (lateres), cett., al. (*λιθιῶν*) Vitr. VIII, 3, 19 *ex acidis . . etiam calculosos . . posse curari*, Cels., all.

caldare: Anthim. 76 (ut uas illi fictile sit) *et bene caldetur;* — excaldare Vulc. Gallic., Apic., Marc. Emp.

calefactorius: Th. Prisc., Pl. Val., Cass. Fel. 52 p. 136 (inf. 1632).

calidatio: [Aug.] Categor. decem 12 *calidatio et frigidatio; sic enim θερμότητα et ψυχρότητα placet dicere.*

435 calide: *propr.* Cass. Fel. 33 p. 69 *iugulos et thoracem . . embrocabis, in hieme calide, aestate frigide,* superl. Pelag., trnsl. Plaut.

calliculus: intpr. Ioann. (Chrysost.) serm. de consol. mort. (p. 1161 sq. t. 40 Migne) 6 *undique errorum calliculi sunt praeparati.*

callositas: Scrib., Tert., Veg. u., Coel. Aur., ut tard. II, 14, 212, Cass. Fel. 20 p. 30 (melius est fistulam ferro nudare . .) *et omnem callositatem occultam artificio manus uisibus pandere* (ib. sup. fistulae 'sunt ulcera pendiginosa et intrinsecus callosa), 78 p. 190 al. Cf. in 4889.

calthula (demin. e caltha) [Fulg.] serm. 69 (solent infantuli coronam sibi facere ex floribus rubentem) *et croceis calthulis innocua capita coronare;* al. calthula (ut genus uestimenti) Plaut.

calycularius: Coel. Aur. tard. pass. II, 13, 159 *aut herbae sideritis . . aut calyculariae . . aut semperuiuae,* IV, 3, 52 *aut herbae calyculariae* (*γρ.* caricariae) *uel semperuiuae;* — herba calycularis id. ib. II, 7, 102 'succum herbae calycularis, quam Graeci *ἑλξίνην* uocant', 13, 153, Plin. Val. I, 37, App. herb. (calycaris C. Aur. tard. IV, 3, 55).

440 *camelarius* (chamelier): ad DV s. u. Vict. Vit. I, 16, 48.

camomilla (e chamaemelon): Plin. Val. I, 38 *proserpinae herbae*, *quam alii camomillam dicunt*, I, 6, 34, II, 21, 38, III, 2, 1 *oleum camomillae* al., Macer uir. herb. u. 550 *anthemim . . quam chamaemelum nos uel chamomillam dicimus*, — unde est *camomillĭnus* pro chamaemelinus Plin. Val. II, 4 *oleum camomillinum* al., *camillĭnus* fragm. medic. ap. Mai. class. auctt. t. VII p. 459 oleum camillinum.

campago (a campagus, genere calciamenti): inscrr. temporum Sept. Seueri, Caracallae, Philippi, ut C. I. III, 1, 1377 *eq. alae Campagonum*, 1378 *ala I Hisp. Campag.*, 1380.

campanella Anecd. Helu.: A.

campulus: Greg. M., Adaman. uit. Columb. III, 20 *in occidentalem nostrae campulum insulae solus exire cupio*, locc. sanct. II, 13.

444* **cancellate**: schol. Bern. ad Verg. Georg. I, 98 *bene 'perrumpit' de obliqua aratione contra sulcum*, *ut rustici dicunt cancellate arare* (cancellatim Plin., Sid.).

445 **canceratio**: Lucifer De non conueniendo cum haereticis p. 779 t. XIII Migne *foetor cancerationis tuae.*

cancrosus (*chancreux*): Hier. (?) in ps. 133 *pedem cancrosum et putridum*, Placit. 11, 6 *uulnera*, 17, 21 *ulcera*; **cancerosus**: Cass. Fel. 32 p. 66 *cancerosa ulceratio gingiuarum*, *quam Graeci carcinoden uocant*, 79 p. 191 *carcinomata matricis id est cancerosa;* cf. *carcinosus* Marc. Emp. p. 258 C *ulcera carcinosa.*

candidatio: Aug. in psalm. 103 serm. 3, 15 *Libanus . . interpretatur*[1]) *candidatio . . uidetur autem candidatio esse seculi huius, modo nitentis . . in pompis suis*, Primas. in Apocalyps. I ad c. 1 *ideo* (aurichalco) *Libani* (eos comparauit), *quia electi, interpretatur enim* (sc. uox Libanon) *candidatio*, ac propemodum eadem Cassiod. (?) in Cant. 4, 8.

canicularium: gloss. Isid. 309 *canicularium, medium aestatis uel hiemis* (γρ. callicularium, em. Reines.).

canistrifer: C. I. III, 1, 686, u. 19 *canistriferae Naides.*

450 *canonizare*: Ambr., intpr. Orig. in Matth. 28 *in libris canonizatis*, ib. *nemo uti debet ad confirmationem dogmatum libris, qui sunt extra canonizatas scripturas.*

canosus: Vop., al. et abus. Cass. Fel. 2 p. 11 et 5 p. 12 *capilli.*

cantabrica (herba): Cels. V, 27, 10, Plin.

cantabries (a cantabrum q. furfur: pityriasis, Kleiengrind): Cass. Fel. 6 p. 13.

cantula (can-tula Singvogel?) Pl. Val.: A.

capabilis: pass. Hier. Didym. spir. sanct. 5 *capabilis, non capax* al., Aug., Cassian. inc. Chr. I, 5 *Deus capax, non capabilis est,* act. intpr. Iren., Cassiod.

---

[1]) Nimirum 'interpretatur' passiue, ut Ciu. D. XVI, 2 'Sem . . interpretatur nominatus', eodemque modo Tert. Ad Natt. I, 8 'christianum nomen de unctione interpretatur', Hier. in Abac. II, ad 3, 11 sqq. 'Iesus saluator interpretatur', et persaepe cum hi tum alii eccl., nec non alii recentioris aeui scriptores. Insolentius passiue imprecatus Aug. ep. 13, 2 'imprecato Deo', admirari Isid. Syn. II, 28 'praeexspectata res non admiratur, cum acciderit'. Cf. Neue Lat. Formenlehre uol. II, p. 292.

capacitas *transl.*: Rufin. Orig. in Cant. III p. 55 *ad cuius* (Trinitatis) *capacitatem . . nullus ascendit*, Aug. memoriae (subi.), formarum, cf. Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 53, V, 57, al. (ius capiendi) ICti.

*capere: q. ualere (ut ἐνδέχεσθαι) *c. inf.* S. S. (Rönsch It. p. 351), ut 4 Esdr. 4, 27: (seculum) non capit portare, quae in futuris temporibus iustis repromissa sunt, Tert., ut: aestimari non capit, haec non capit aestimare, Gaudent. tr. 9 *ut uel ita conditorem suum intueri caperet mundus.*

capescere: Hier. (?) in ps. 72 *ad capescendam futuram beatitudinem*, unde est **recipiscere** Ven. Fort. u. Germ. 16 *hinc stupentes digiti uigorem pristinum recipiscunt.*

capillosus: Coel. Aur., Cass. Fel. 5 p. 12 *capillosis in locis . . desertio capillorum*, 6 p. 13, [Appul.] Polem. Physiogn. p. 145 *femora capillosa.*

460 *capitaneus*: inc. rat. limit. regund. »p. 362 Grom. ed. Lachm.«, al. Cassiod. in ps. 135 *in illis capitaneis uersibus* (h. e. tribus primis psalmi).

capitellum (quod latinum esse negat Varr.) Veg. u., Cass. Fel. 62 p. 155 *papaueris* al., trnsl. (columnae) Vulg., Aug. quaestt. in Heptat. II, 110 *bases non eas tantum uidetur dicere Scriptura, quibus columnae ab imo fulciuntur, sed etiam superiores, quae capitella nos dicimus*, Coripp., Isid.

*capitulum: *i.* libri alicuius caput uel locus circumscriptus, perioche Tert. aliq., Dig., Cypr. (Rönsch It. p. 328), saep. Hier., ut in Mich. 1 ad 3, 9 sq. *scelera, quae*

in hoc capitulo describuntur, II ad 6, 9 *in Hebraico alterius hoc capituli exordium est, apud LXX uero interpretes finis superioris*, ep. 52, 4 *per fines capitulorum singulorum acuta quaedam breuiterque conclusa*, in Ezech. I ad 1, 22 sqq. *multa et in hoc et in aliis capitulis ab eis praetermissa sunt*, ib. XIV ad 47, 21 sqq. *per hoc capitulum* (h. e. u. 21—23) *discimus* . ., in Naum ad 1 s. f., in Is. V ad 20, ep. 120, 11 . ., Vulg., Rufin. Orig. in Rom. V, 1 *ad explanationem totius capituli* (h. e. Rom. 5, u. 12—14), II, 13 al., Aug. gestt. Pelag. 11, 24 *ad haec praedicta capitula sufficienter et recte suffecit*, c. Adimant. 1 al., cf. et intpr. Orig. in Matth. 33 *de necessariis quibusque capitulis falluntur et seducuntur*, ib. inf. *quidam autem de publicis quidem et manifestis capitulis non dissentiunt.*

capreolinus Plin. Val.: A.

capticius (q. captiosus): Facund. defens. V, 2 *si quaeris cognoscere, quod non istis obscuris et capticiis adinuentionibus, sed sua sponte conspicuis et euidentibus documentis, quae uere facta est negatio, demonstretur, attende quaeso qualis fuerit* . .

465 *captiuare*: S. S. etiam uet. (Rönsch It. 164), Ambr., Hier. in Ierem. hom. 1 p. 745 *Satanae captiuanti animos*, . . *propter delicta nostra et nos captiuari* al., Aug., Rufin. Orig. princ. IV, 1, 23 *in quibus* (historiis) *descendere dicuntur in Aegyptum uel captiuari in Babyloniam*, intpr. Orig. in Matth. 132, Salu., postt., ut e. c. Verecund. in cant. Debbor. 24, 53, 55 . . et freq., Greg. hist. Franc. III, 3, ib. 21 al., — captiuatio Cassiod., Verecund., *captiuator* Aug. serm. 130, 2, pecc. orig. 40, s. 45 et 46 al., Verecund., [Fulg.] serm. 5 *nullus alligat captiuator*

extraneus, *captiuatrix* Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 11, Verecund.

465* **captorius**: Aug. c. Faust. XX, 17 (pastor ad capiendam bestiam) *pecus suum solet ponere in illa captoria tendicula, non membrum suum;* neutr. subst. Ps. Aug. serm. 205, 1 *ut*, *qui ante captorium iaciebat in salo*, *uerbi nunc retia spargat in mundo* (locos r. Gg.)

*captura: pA meton., *al.* anon. in Iob I p. 74 *omnibus hominibus laqueos et capturas et tendiculas ponit.*

cap-ulare, capellare (unde *chapler*, *chaplar*, — cf. cāpus s. capo, kappen) q. concidere, desecare Hier. in ps. 118 *tolle*, *capula, seca*, Anthim. 75 *bucellas capulatas et minutas*, 43 *assae ita ut capellentur partes*, »Legg. barb. utraque forma freq.« (cf. Hildebrand Gloss. lat., Goett. 1854, p. 45); — capul-are Mela, Colum.

carbonescere: Coel. Aur., Cass. Fel. 53 p. 138 *radices friges in oleo donec carbonescant mediocriter.*

carceralis: Prud., Cod. Th., Sedul. Op. Pasch. p. 630 M., Vict. Vit. pass. 4 *carcerali custodiae mancipari.*

470 *carcerare*: Gaud. tr. 18 p. 974 *carceratum fuisse*, Salu. (incarcerare Zen., Aug.).

carcereus: Prud., Cassiod. in ps. 118, 156 *carcereis nexibus tenebatur inclusus.*

cardinarius: Thes. nou. lat. p. 154.

caricula (carica): Hieron. in Amos III, ad 7, 14sqq. *sycamina . . agrestes afferunt ficus*, *quae*, *si non uellicentur*, *amarissimas cariculas faciunt.*

caritatiuus: Alberici serm. in Scholasticam p. 944 t. 66 M. *ipsa opera magis ex adeptione alicuius temporalis quaestus, quam ex intentione prodeunt caritatiui affectus;* adu. Damas. ep. dub. 2, 6 *caritative pro Deo et fraterno amore cuncta peragere.* Cf. potestatiuus (4128), qualitatiuus Cassiod., Isid., uoluptatiuus Fronto, intempestatiuus Thes. nou. lat. intemperatus.

475 **carminale** s.: Adaman. uit. Columb. III, 32 *altisona carminalia et ualde suauia audiui . . cantica.*

carminare: Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 118 *ut bimembrem bestiam fingeres, non quidem carminando, sed blasphemando*, Sidon.

carneus: Hier. saepe, ut c. Ioann. 29 *Elias carneus raptus est in coelum*, c. Pelag. II, 15 *qui toti carnei sumus*, in Ezech. comm. III ad 8, 1 *carneos sensus, qui terrena conspiciunt et necdum coelestia contemplantur*, in Cant. tr. 2 p. 526 al., Rufin. Orig. in ps. 38 hom. 2, 8 *quod, ut ita dicam, carnea efficiatur anima peccatoris* al., Aug., Prud., Prosp.

*carnificare = »σαρκοῦν Galen.« Cass. Fel. 20 p. 31 *postquam uideris bene fuisse purgatam* (fistulae cauernam), *collyriis . . diligentissime carnificabis*, ib. inf. et 19 p. 29.

carnisumus: Eust. Hex. IX, 5 *belluis carnisumis.*

480 **carniuorax**: [Fulg.] serm. 22 *uermium carniuorax agmen;* — carniuorus Plin., Coripp.

carnositas: Cass. Fel. 32 p. 67 *cephalico medicamento ad carnositatem uteris, si forte minutam inueneris*, gloss.

carnulentia: Thes. nou. lat. p. 44.

cartilaginus: Plin. XI, 62, 165 *in marinis crustata et cartilagina primores* (dentes) *habere,* 50, 136 sq., 87, 215 al. Sic enim ubique codd., non 'cartilagineus', quod editur. Cf. ferruginus Lucr. pro ferrugineus, fraxinus Ou. (fraxina uirga) pro fraxineus.

cassare (*casser*): Rufin. Or. in Cant. III p. 66 *laqueos* (conterere), in Num. h. 20, 1 *cassatur et in irritum deducitur numerus, qui scriptus est,* Cod. Th., Sid., Cassiod., gloss. 'cassatur, castratur'.

castificatio: anon. in Iob I p. 40 *propter . . deuotam castificationem, quam habebat* (Iob) *circa illos* (filios), Ps. Aug. serm. 135, 1, Arn. iun.

castificus: Sen. tr. (pass.), P. Nol. (act.), C. I. III, 1, 6 *quae tibi castifico promisit munera cursu olim iussa Deo simplicitas facilis.*

castimonialis: s. (q. mulier sanctimonialis) Optat., Aug. in ps. 75, 16 *nescio quae castimonialis nubere uoluit,* adi. Pall.

castimonium: App. (plur.), Ambr. (?) serm. 48, 8 *praedicator castimonii,* gloss.

castrensarius: C. I. VI, 1, 1739 *corpus pistorum magnariorum et castrensariorum.*

490 casual*iter*: auct. Zacch. et Apoll. cons. I, 18 p. 1085 C Migne, Sid., Fulg. M.

*casula: (genus uestimenti sacerdotalis: *chasuble*) Aug. Ciu. D. XXII, 8, 9 *quidam senex . . religiosus et*

pauper . . casulam perdiderat, et unde sibi emeret non habebat, uita Fulgent. 18 *casulam pretiosam uel superbi coloris nec ipse habuit nec monachos suos habere permisit; subtus casulam nigello uel lactinio pallio* (h. e. quod ex nigro et albo uariegatum esset) *circumdatus incessit*, Caes. Arel., »Isid. Or. XIX, 24: casula est uestis cucullata etc.«, *casulula* Venant.

cataplasmare: Th. Prisc. I, 8, 10, 24 al., Pl. Val. I, 50, III, 6 al., Veg. u., Vulg. Is., Coel. Aur., Cass. Fel. 42 p. 97 et saep.

cataplasmatio: uar. lect. Cass. Fel. 42 p. 99 *post dies cataplasmationis* (cod. Cant. et Par.) *expletos*, it. ib. 101 (cod. Cant.) pro cataplasmatis, ut scr. Rose.

catechizatio: intpr. Iren., Ioann. Diacon. epist. ad Senarium 2 *requiro a uobis, . . quid sibi habeat . . haec catechizatio.*

catenatio: *transl.* schol. Lucan. IX, 573 *omnia . . ex aeternitate quadam catenatione causarum implicata.*

catiliosus (catillosus?): Thes. nou. lat. p. 91 i. gulosus.

cauernare: Aug. quu. in Heptat. II, 177, 7 *ne columnae foraminibus cauernarentur, quo intrarent serae*, Coel. Aur., Cass. Fel. 32 p. 63 *ut dentes cauernentur* al.

cauma, ae corr. [Fulg.] serm. 46 *sub temporali cauma* (pro: caumate); — *caumaliter* Isid. ord. creat. 7, 9 *aeris natura utraque in se trahit, id est aquam uaporaliter de imis, et ignem caumaliter de supernis*, Beda.

*causa: prorsus *i. morbus* Non. p. 299 (morbum a uitio prudentia ueterum sic uoluit separari, ut sit morbus cum accessu utique aut temporis aut contagii,) *uitium perpetua et insanabilis atque irreuocabilis causa*, et magis Pl. Val. II, 30 *medetur causis etiam matricis*, Th. Prisc. II, chr. 7 et saep., Veg. u., Coel. Aur., Cass. Fel. 42 p. 97 *alia cura stomachi ad causas supra scriptas* (h. e. ad stomachi passiones, spec. rheumatismum stomachi), *ut embrocismo curentur* al., — ac proinde causarius q. aeger, ut Marc. Emp. p. 295 D *denti causario* (et ita quidem iam Sen., Plin.), uel subst. Marc. Emp. p. 275 B *quemlibet oculorum causarium*, it. gen. neutr. 320 G *cetera quae sunt in lacertis et cubitis et digitis causaria;* sim. causalis q. morbi causam afferens Ps. Cypr. sing. cler. 6 *causale est omne quod feminae est, et copulatio eius semper infesta est, . . insanabilem ingerit plagam* (ita recc. et causatio, ut Cass. Fel. 48 in. *est dysenterica passio intestinorum causatio cum ulceratione*, 43 p. 108 *si in aegritudine fuerit splenis causatio*, 1 p. 2, 43 in., 67 p. 166 al., Pall.).

500 **causalitas**: inc. quu. ex utroq. Test. 122 (nihil plane differt in substantia, quia uerus Filius est); *differt autem in causalitatis gradu* (»Ms. Colb.: in causa uel gradu«), *quia omnis potentia a Patre in Filio est.*

*causari: *q.* grauari uel accusare Hier. adu. Vigilant. 7 *causabantur quondam et apostoli, quod periret unguentum* (Matth. 26, 8 sq.), *sed Domini uoce correpti sunt*, in Ezech. comm. II ad 5, 8 sq. al., Rufin. Orig. in Exod. h. 7, 4 *cum de prosperitatibus aliorum . . causamur*, intpr. Orig. in Matth. 13 *qui Deum legis causantur, non intelle-*

gentes, *quod et illa a . . benigno sunt dicta*, [Rufin.] in Amos I ad 2, 1 sqq. *eos ita furuisse causatur*, *ut . . odium suum etiam circa eius funus ostenderint*, Oros. hist. II, 6, Saluian., — ac proinde et causatio *pro* accusatio Hier., ut in Abac. I ad 1, 5 *opus*, *quod tam grande erit et uestram omnem opprimet causationem*, Aug., anon. in Iob III p. 209 *eorum iniustam causationem confutauit*, Saluian. (al. causatio q. excusatio uel etiam recusatio e. c. Amm. XXIX, 6, 8 *addebat*, *quod*, *si . . Marcelliano deferretur potestas . .*, *munimentum absque ulla causatione consurgeret*, XXX, 6, 2 et saep., Aug., Cod. Theod. III, 5, 2, 2, all.; cuiusmodi quae notauimus de 'causari' habet Gg. s. u. II, a).

causos (*καῦσος*): Th. Prisc. II, 12 *quem morbum aliqui causon appellauerunt*, II, chr. 16, Ps. Soran. 113 *quid est causos? ardor uel incendium in febribus nimius et acutus cum siccitate nimia et cholerae reiectione . .*, ib. 87.

cautela: App., Dig., Minuc. Fel., Rufin. Orig. in Iud. h. 8, 4 al., Oros. h. II, 10.

cautelitas Ennod.: A.

cauteriare: Lucif., Hier. in Eph. III ad 5, 11 *cauteriatam habentes conscientiam* al., intpr. Iren., Pelagon., cauterizare Vindician. epist. p. 248 Steph., Veg. u.

*cedere *pro* concedere: Tert. idol. 17 *cedamus succedere alicui posse ut . .*, Egesipp. III, 22 *delicti gratiam cessit*, Arat. actt. I, 301 *qui mortua surgere cedit*, II, 104, 594, ad Florian. 24, cf. actt. I, 399, 490.

celebriter: August. De haeresibus 81 *Luciferianos*

a Lucifero episc. exortos et celebriter nominatos; — superl. celeberrime legebatur Suet. Tib. 52, ubi nunc 'creberrime' editur.

cellerarius: Reg. S. Bened. 31 *cellerarius monasterii eligetur de congregatione sapiens . . sobrius*, ib. 35, 36 al., Greg. M.

censitor: Vlp. Dig., Lact. mort. persec. 23 al., Cassiod. Var. IX, 11 *ad Victorem et Witigisclum . ., Siciliae prouinciae censitores*, inscr.

510 **centennis** Gild. Sap.: A.

centenodius: Marc. Emp. p. 378 G *herbam centenodiam*, Dynam. II, 35 *polygonus hoc est sanguinaria siue spinatica hoc est centenodia.*

centipedium: Exc. de idiom. gener. p. 582 Keil. *centipedium σχολόπενδρα;* — al. centipeda.

centupliciter: Aug. in Ioann. tr. 119, 3 *habebat centupliciter plura quam dimiserat*, Ignat. ep. ad Mar. 4 uers. uet.

centuplicare: Hier. quu. hebr. in Genes. 26, 12 *genus frugum quod centuplicauerat*, Vulg., part. perf. iam Plin.

centuplus: Hier. in Matth. III ad 19, 29 sq. *isti centuplum recipient* al., Vulg., Aug., Rufin. h. eccl. XI, 2, all. Recc. sunt etiam quincuplus, septuplus (4963), decuplus (1228), milluplus (3421), multiplus.

cerasium: Tert. apol. 11 *qui* (Lucullus) *primus cerasia ex Ponto Italiae promulgauit*, ad natt. II, 16, Marc.

Emp. p. 286 D, gloss. cerasia, poma cerasi (ap. Gg. acc. Garg. Mart. »52 lemm.«, ed. Diocl.).

***cerebrum** = κρανίον: Plin. XI, 47, 131 *defluuium eorum* (pilorum) . . *in spadonibus non uisum, nec . . infra cerebrum aut infra uerticem aut circa tempora atque aures*, XXXII, 48, 138 *spongea frigida cerebro humefacto*, Iuuen. III, 269 (respice . ., quod spatium tectis sublimibus,) *unde cerebrum testa ferit, quoties . . fenestris uasa cadunt . .*, App. Met. IX, 40 *ubi . . militem . . in suam perniciem aduertit efferari, iamque inuersa uite de uastiore nodulo cerebrum suum diffindere*, Seren. Sammon. 25 *si nocuit cerebro uiolentia solis aperto,* cf. 130, Marc. Emp. p. 290 B *pollicem et medicinalem digitum a fronte usque ad cerebrum et inde usque ad ceruicem duces*, ib. A, ib. 291 A al., Th. Prisc. IV, f. 313ª extr. *de manu sinistra haurito aquam et supra cerebrum ter mittito* (= ἔγκρανον IV, f. 318ª s. f.), Pl. Val. I, 8 *pastillos in cerebro seu hemicraneo superligabis*, I, 1, IV, 52 (= ἔγκρανον I, 2), Vict. epit. 1, 15 *ut cerebri ualido incursu parietem pulsaret*, Hier. adu. Rufin. III, 38 *quia haereticorum cerebro lapidem illidimus*, id. uir. ill. 2 *fullonis fuste in cerebro persussus*, Sidon. ep. III, 13 *taceo cerebrum crebra uibice peraratum, quod parum amplius tegi constat capillis quam cicatricibus*, Greg. hist. Franc. II, 40 *bipennem cerebro eius illisit.* Cf. cerebellare Veg. u., Pelag.

*cernere *abs.* (non add.: cribro, per cribrum) i. cribrare Cass. Fel. 29 p. 57 *tundes, cernes et diligenter teres* et saep., Coel. Aur. ac. II, 37, 200.

*contuitus: Sehkraft Hier. in Abd. 1, 2 sqq. *aquila tanti contuitus esse dicitur, ut, cum super maria feratur nec humanis poteat obtutibus, de tanta sublimitate pisciculos natare uideat.*

contulus (contus): Adaman. uit. Col. II, 25.

contumiosus: Thes. nou. lat. p. 288.

1050 conturbator: Mart., Quint. decl. trib. Mar., Eges. IV, 4, 1 *conturbator in otio, desertor in periculo*, Facund. defens. trium capitul. IV, 1, XII, 5.

*contusio: Contusion Scrib., Coel. Aur. tard. I, 4, 61, gl.

conuasare: Terent., Hier. u. Hilar. 34 *conuasatis quae ei missa detulerat nesciente illo profectus est*, trnsl. Sid.

conuectare: Verg. bis, Tac. s., Iul. Val., Eges. (l. r. Gg.), Rufin. Basil. tract. 4, 1 *grauiora supplicia coaceruat et conuectat ingratis*, id. Clem. Recogn. VII, 6, C. Th., Coripp. Iohann. VI, 238.

conuelare: Gell., Sulp. Seu. ep. dub. (l. r. Gg.), [Fulg.] serm. 1 *quam susceperat in imagine sub tentorio conuelante.*

conuentare: Tert. an. 54 *qua ratione discipulae ad magistras conuentabunt tanto discrimine inuicem absentes?*, Solin.

*conuentio *pr. et gener.*: an. in Iob I p. 39 *ex noctis requie exsurgentes ante omne opus uel uerbum, ante omne colloquium uel conuentionem* (cum homine quopiam) *primitias resurrectionis nostrae Deo exhibeamus in orationibus*, Cod. Th., Boeth.

conuentionalis: Dig., *al.* Cassiod. Var. VII, 39 *tuitionem tibi nostri nominis quasi ualidissimam turrem*

contra inciuiles impetus et conuentionalia detrimenta nostra concedit auctoritas.

conuenustare: Hier. (?) ad amic. aegr. II, 4 *amoenissimum praedium et urbanis conuenustatum et rusticis consitum*, Chalc. in Tim. 318, M. Cap., Sid.

*conuersatio: *al.* Lebenswandel (*ἀναστροφή*), Lebensweise S. S., ut Phil. 3, 20 *nostra conuersatio in coelis est* (et ap. Cypr. mort. 22), Tert. ad natt. I, 10 *de reliqua conuersationis humanae dispositione*, cor. 8 *nec apud seculum . . nec in conuersationibus Christi*, uirg. uel. 1, praescr. haer. 41 *non omittam . . conuersationis haereticae descriptionem, quam futilis, quam terrena . . sit* et saep., Cypr. zel. et liu. 10 *qui in Christi lumine tenebras nocturnae conuersationis euasimus*, 14 *dum ad ueteris hominis conuersationem reuoluimur*, ep. 52, 2 *qui ecclesiasticam disciplinam nec actus sui conuersatione nec morum pace tenuerunt* al., Firm. m. III, 1 *prima origo mundi inculta fuit et horrida et agresti conuersatione effera*, ib. inf., 3 *ut semper laboriosis conuersationibus atterantur opprimanturque* al., Vict. epit. 18, 3 *ad humanae conuersationis exemplum per laboris genera uniuersa ad summa prouectus* (nisi forte mauis hic accipere i. conuersio, commutatio), Hier. ep. 148, 8 *qui aliud professione, aliud conuersatione testantur*, in Luc. h. 21 *praepara uiam Domino per conuersationem bonam*, in Matth. comm. II ad 14, 14 *relinquentes pristinas conuersationes et uarietates dogmatum*, ep. 100, 10 *qui ieiunia id est conuersationem angelicam imitantur*, u. Hilar. 14 *fundator et eruditor huius* (sc. monachicae) *conuersationis* et saepe, Rufin. Orig. in Rom. I, 18 al., intpr. Orig. in Matth. 10 *quorum non est con-*

uersatio imitanda, 14 *qui mala conuersatione suadent exemplum peccandi in populo*, Cassian. coll. XIX, 14 *humanae conuersationis uitia*, atque ita freq. eccl.

1060 **conuerse:** Boeth. comm. in Arist. interpr. ed. prim. II, 13 p. 273, — *conuersim* Firm. m., M. Cap., Boeth. Arist. Top. I, 4.

conuersia Anecd. Heluet.: A.

*conuersio *eccl.*: Hilar. in ps. 119, 2 *ipsa conuersio deprecandi maxima pars ac spes est salutis*, exsertius Hier. c. Pelag. III, 6 *dans ei potestatem conuersionis et poenitentiae*, adu. Rufin. III, 12 *non damnationem tuam quaerimus, sed conuersionem* al., Aug., Rufin. Orig. in Num. 24, 2 *intra nos est conuersionis facultas* al., Oros. hist. VII, 41, intpr. Orig. in Matth. 122 *initium conuersionis ad Deum*, anon. in Iob II p. 132, Salu., Alcim. Auit. (qs. cit. DV).

conuersor: Aug. in ps. 84, 8 (ad u. 7) *cum uocat te* (Deus ad Se), *conuertit te; cum conuertit te, sanat te; cum sauauerit te, uidebis conuersorem tuum, cui dicitur 'et plebs Tua laetabitur in Te'*.

conuertibilis: Tert. an. 21 *conuertibilem negant naturam* al., Hier. Did. spir. snct. 5, 13 al., Rufin. h. eccl. X, 6 al., Prud., postt., — *conuersibilis* App. dogm. Plat. III p. 267 *conuersibiles propositiones* et 268 Hild., Chalcid. in Tim. 306, Aug. mus.

conuiciosus: Aug. c. sec. resp. Iul. I, 11 *conuiciare quantum potes; quis enim conuiciosus hoc non potest?*, Rufin. Orig. in ps. 38 h. 2, 2 *mendax . . et conuiciosus*,

gloss. Hildebr.; — adu. *conuiciose* Aug. serm. 126, 8 *qui hodie conuiciose clamat, heri libenter audiebat*, c. Petil. III, 15, 18.

conuictio (unde *conuiction*): Hier. in Os. I ad 3, 3 *ἐλεγμοῦ id est conuictionis*, Aug. c. sec. resp. Iul. V, 27 *ut non uerborum meorum conuictione, sed librorum tuorum multitudine gaudeas* al., Xyst. pap. III »ep. 4«.

conuictiuus: Prisc. praeexerc. 2, 6 *conuictiua figura est, qua arguentes utimur*, ib. 7.

conuigescere: Arat. actt. I, 257 *ac sospite gressu conuiguere pedes* (l. conuixere, — cf. S. S. Actt. 3, 7 sq.).

conuiuatio: Ps. Cypr. sing. cler. (26), Cassiod. in ps. 22, 6 *beata conuiuatio, epulatio felix*, in 136, 7.

1070 **conuiuatorium:** Thes. nou. lat. p. 598 *quod etiam conuiuorium dicitur.*

conuiuiolum: Ps. Aug. serm. 173 (Caesarii), 3.

conuocatio: Cic. p. red. in sen., Aug. in ps. 81, 1 *siue quod inter congregationem, unde Synagoga, et conuocationem, unde Ecclesia nomen accepit, distet aliquid*, Euagr. Alterc. Theoph. et Simon. s. f. *Domine, si quidem dignus sum tua conuocatione, confirma me*, Isid.

conuocator: Aug. serm. 95, 6 *conuiuii conuocator.*

conuolutus, us Gild.: A.

conuulsio: spec. i. spasmus Scrib., Plin., Cassian. Coll. XXI, 22, *pr. et gen.* Hier. in Eccl. 10 p. 472 *saepis maceriaeque conuulsio*, cf. Eccl. 10, 8 'qui dissipat se-

pem', [Rufin] in Ioel 2, 30sq. (partem munitionum conuellere Hirt.).

coodibilis: Tert., Victric. laud. sanct. 10 *haec* (fides) *per odia seculi exhibet Domino coodibiles, haec in carceribus confouet confessores.*

cooperatrix: uers. Ignat. ep. ad Philad. 4, Rufin. (DV), Beda (Quich.), — *cooperator* S. S., Ambr., Hier. in Ier. II ad 10, 11 *qui cooperatores sunt Christi*, adu. Rufin. III, 28 al., P. Nol., anon. in Iob III p. 223.

cooperte: Hier. nom. hebr. p. 65 *Thaphnes: cooperte signum, quod significantius graece σύσσημον* (signum ex condicto) *dicitur.*

coopertura: Rufin. Orig. princ. IV, 1, 6 *superpositam literae eius* (legis) *uelamen abstraxit, et omnia quae coopertura uerbi bona tegebantur uniuersis in se credentibus reserauit* (coopertio intpr. Iren., Philastr. haer. 155: DV).

1080 **coopifex:** Paulin. Nol. ep. 21, 3 *coomnipotentem et coopificem Patri Filium*, Mar. Merc. excc. Nestor. coll. alt. 19 *coopificem Dei.*

coordinare: Thes. nou. lat. p. 117, — coordinatio Boeth.

coornare: Arnob. iun. de Deo trino II, 14 *Athanasius, qui Alexandrinae ecclesiae episcopatum annis XLVI coornauit*, Boeth.

***copula:** pro copulata (uel copulatus) h. e. coniux Cassiod. Var. I, 37 *feris insitum est copulam suam extrema concertatione defendere* (. . uidemus tauros feminas suas

cornuali concertatione defendere . ., et inf.: ita pro copulatis sibi animas ponunt), II, 10 *a tempore, quo iugalem copulam animo uitiata dereliquit* (sc. Agapita nomine quaedam), ib. 14, V, 33; — cf. copula pro copulatio i. e. coniunctio matrimonialis Cod. Theod., Nou. Val., C. Iust.

copulabilis: Aug. mus. IV, 32 *cum sibi copulantur qui inter se sunt copulabiles pedes*, II, 26.

copulatiuus: Aug. locut. in Heptat. II ad Exod. 35, 28 (coniunctio), Charis., M. Cap., Prisc., Cod. Iust., Isid. (DV).

1085* **corcillum:** Petron. 75 *corcillum est quod homines facit* (cf. Quint. X, 7, 15: pectus est quod disertos facit).

cordatio: Faust. ep. 3 p. 842 A t. LVIII Migne *hoc potius aestimandum est, quod* (anima), *si quando sibi aliquid imaginatur, magis cum suis intra semet ipsam motibus occupatur, et, si quid illud est quod aspicere videtur, magis ei in cordationis speculo describitur.*

cornipedus: Dracont. carm. (ed. Duhn) VII, u. 81 (acer equus,) *orbita cornipedo sequitur quem ducta uolatu.*

cornupeta: S. S. uet. (Tolet.) et Vulg. Exod., Hier. in Ezech. XI ad 34, Rufin. Orig. princ. I, 8, 4, Aug. in ps. 54, 22 *congregatio taurorum, id est superborum cornupetarum* (l. r. Gg.), gloss.

coronalis: App. s., Cassiod. in ps. 93, 14 (nunc asserit non esse repellendum,) *quem propter coronale praemium paruo tempore commemorat esse fatigatum.*

1090 **coronatio:** Aug. Ciu. Dei VII, 27, 2 *coronatione uirilium pudendorum*, *mercede stuprorum* (r. Gg.), »gl. Cyr. *παστός*, *ἐπὶ νύμφης*, coronatio, thalamus«.

coronator: Aug. in ps. 134, 11 al., [Fulg.] serm. 17 *donec suum cerneret coronatorem*, ib. inf., s. 70 *aderat patientiae coronator*, ib. inf.

corporalis: *trnsl. et s.* Cl. Mam. an. II, 11 s. f. *aut corporales istos de animae incorporalitate conuincis*, 12, 1 et saep.

corporalitas: Tert., Hilar. in Matth. 3, 14 *natiuitatem Domini nostri . . et corporalitatem et passionem*, Cl. Mam. an. III, 11, 2 al., Cassiod. an. 2 p. 629 Garet, Boeth.

corporascere: Aug. Gen. ad lit. II, 13 (globus aeris) *exhalationibus humidis corporascit*, Cl. Mam. an.

corporatio: Tert. (carn. Chr. 4 'si neque ut impossibilem neque ut periculosam Deo repudias corporatiotionem' h. e. incorporationem, incarnationem), Hilar., Hier. (?) in ps. 33 *quae de auribus*, *oculis ac de uultis dicuntur*, *non ad corporationem* (hic quidem abus. i. corporalitatem) *Deitatis . . referenda sunt* al., Mart. Cap., Cl. Mam. an. II, 3, 5 (homo) *in corporationem irrationabilium protoplasti lapsus peccato*, Isid. lib. num. 3, 8 *binarius numerus . . parilitatis corporatio.*

corporealis: Augustin. Anth. Lat. 789 Riese, u. 18 *tempus habet*, *uiuit cum corporealis et ipse* (inf.: cum non corporeus erit, . . neque tempus habet), ib. u. 39 *corporealem massam.*

*corpus: *i.* contextus conscriptionis (opp. annotatio marginalis) Hier. ep. 106, 46 *miror, quomodo a latere annotationem nostram nescio quis temerarius scribendam in corpore putauerit . . unde, si quid pro studio a latere additum est, non debet poni in corpore.*

*corpusculum: prorsus *i.* corpus Hier., ut in Eccl. 6 p. 434 *quod . . nihil aliud quaerat, nisi quomodo possit organum sui corpusculi sustentare . . quod nullam utilitatem anima ex refectione corpusculi capiat*, adu. Vigilant. 4, et ita saep. (sane cum contemptu quodam corporeae naturae), Rufin. h. mon. 10, — Adaman. locc. sanctt. II, 13 *de eodem sepulcro quomodo . . sanctum corpusculum eius sit sublatum* Cf. ap. Adaman. uit. Col. II, 20 *post aliquantum diecularum interuallum.*

corrationaliter Mar. Vict.: A; adi. non comparet, corrationalitas Aug.

1100 correctio: *al.* Hier. ep. 121, 7 *de erroribus . . et de uitiis . . transitum ad correctionem atque uirtutes*, Vulg., [Rufin.] in Os. I ad 2, 14 sqq. *correctionem, quae esset plena, signauit*, Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 92.

correcumbere: Tert., Aug. serm. 307, 1 extr.

correferre: Mar. Merc. expos. fid. Theod. 6 *correfertur* (nisi scribend.: coeffertur) *tam nuncupatione quam honore et Filii et Domini;* — correlatio Beda (Quich. s. u.).

corregionalis: Aug., Mar. Merc. Subnot. 4, 2.

correptor: S. S. Hebr. (12, 9) ap. Vigil. Taps. c. Varimad. III, 5 *homines quidem nostrae carnis habebamus*

correptores (Vulg. eruditores), Aug. serm. 82, 7, 10 *si solus nosti qui peccauit in te, et eum uis coram omnibus arguere, non es correptor, sed proditor*, Hier. (?) ad amic. aegr. II, 9 *tanquam correptores morum.*

1105 **correquiescere:** Aug. quu. euang. I, 8 *cum non inuenerit, in quibus delectationibus correquiescat*, intpr. Ignat. ep. ad Mar. Cassob. 4 *uobiscum*, »Actt. S. Bonif. mart. n. 13«.

corresurgere: Hilar. in Matth. 10, 25 *in qua* (cruce) *compatimur, . . consepelimur, corresurgimus*, »Rufin. bened. patriarch. I, 6«, Primas. in Ep. ad Rom. c. 6 *si complantati non sumus, nec corresurgemus.*

corrigium Marc. Emp.: A.

corroboratio: S. S. »2 Petr. 3, 17 ap. Aug.« 'ne decidatis . . a corroboratione uestra' (Vulg. firmitate), Cypr. op. et eleem. 16 *ad corroborationem fidei*, Hier. (?) in ps. 30 *in Te spes est corroborationis meae*, Victor Tunon. poenit. 3 *cum adhuc non sentias corroborationis effectum*, gloss. *ἰσχυροποίησις.*

corrogatus, us: Ps. Aug. serm. 261 (Caesarii), 1 *corrogatum corrogare, ut populi orationibus adiutus spinas peccatorum possit euellere*, — corrogatio Vulg.

1110 corru*iturus*: Hier. in Mich. I ad 3, 9 sqq. *Ierusalem uelut aceruus lapidum corruitura*, in Dan. 12, 11 (ruiturus Kuehn. gramm. lat. ampl. I p. 495).

corruptibilitas: Tert., Nouat., Ambr. Abrah. II, 11, 85, Rufin. Orig. in Cant. II p. 383 al., Aug. Trin. IV,

3, 5 *corruptibilitas*, *per quam fit et animae a corpore abscessus*, Ciu. D. XIII, 20 al., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 40.

corruptilis: Primas. in Ep. I ad Cor. 15 *corpus corruptile in gloriae resurget augmentum*, N. Tir.; — usitatius erat corruptibilis, et ipsum recc.

corruptiuus: pass. S. S. 1 Cor. 15, 53 ap. Tert. et Hilar., eund. locum resp. Cypr. mortalit. 8 et Hier. in Eph. III ad 5, 29 (in Vulg. tamen: hoc corruptibile), Hier. ep. 119, 5 *corruptiua sunt corpora, quae carent anima, et tamen non sunt mortalia* al., act. Coel. Aur. tard. II, 1, 55 *adhibet purgatiua medicamina, . . cum sint haec corruptiuae uirtutis.*

corruptrix: Cic. ep., Tert. an. 51 *corruptrices materias*, Amm.

corticosus: Plin. (et Solin.), Aug. in ps. 30 serm. 2, 6 *lignum . . adhuc nodosum . . et corticosum, quod doletur, ascietur*, Cass. Fel. 15 in. *corticosas squamulas in cute.*

costatus (costum): Garg. Mart. med. ed. Rose 61 lemm. *De uino costato faciendo.*

counare: Max. Emp. p. 381 A *fila in se counata*, Cass. Fel. 29 p. 56 *ut sibi bene counentur*, Coel. Aur. acut. III, 5, 60 *seruandus . . est supradictorum counatus atque coaceruatus usus; — adunare* Iustin., Tert. pud. 5, Cypr., Lact., Lucif., Hier. (?) in ps. 15 *cum adunatum fuerit corpus ecclesiae* al., Vulg., intpr. Iren., Pall., Cassiod.,

Cod. Iust., *coadunare* sup. 616, *subadunare* inf. 5159, *exunare* Alc. Auit., *subunare* inf. 5411.

counire: Mar. Victorin. adu. Arium I, 50 *tres potestates couniens*, Ps. Hier. assumpt. B. Virg. 13, Vigil. Taps. c. Arian. »II, 25 et 41«; — **counitio** Mar. Vict. adu. Ar. I, 50 aliq., 57 (unitio inf. 5908).

coxale: Hier. in Zachar. III, ad 11, 14 '*et praecidi uirgam meam secundam*, *quae appellabatur funiculus*', *quae . . sic mihi haerebat*, *ut in Ieremia perizoma et cinctorium atque lumbare*, *siue*, *ut consueto uerbo utar*, *coxale sit appellata*, gl. Isid.

1120 *crapulatio*: Petr. Chrysol. serm. 13 *crapulationi deditis ebriis*, Cassiod. an.

crapulatus: Vulg., Rufin. (l. r. Gg.), [Fulg.] serm. 75.

crassescere: pA, Cass. Fel. 8 p. 15 *ut* (sucus cucumeribus expressus) *bene crassescat*, *transit.* 48 p. 124 *hoc adiutorii genus reuma crassescit*, *acredinem temperat.*

crassificare: Coel. Aur., etiam sign. diaet. pass. 146, Cass. Fel. 46 p. 119.

crassitas: App., et [Appul.] Physiogn. p. 133 Rose *cum crassitate labiorum* (unus cod. crassitudine).

crassulentus: Thes. nou. lat. p. 101.

craxator: Adaman. locc. sanct. III, 6 *pro me eorundem craxatore*, charaxator Thes. n. lat., — *charaxare*: *caraxare*, *craxare* i. scribere Greg. M., Greg. Tur., Aldh. laud. virg. 45 ex. al., Adaman. u. Col. III, 1 *quae . . suis caraxatae locis inferius clarebunt*, I praef. alt.

quae . . cognoui . . sine ulla ambiguitate caraxaturum sc. me, locc. sanct. II, 1 *craxanda sunt*, I, 10 *quam nunc caraxamus* (*γρ.* craxamus) *narrationem* al., gloss.

creabilis: App. s., Hier. Did. spir. snct. 12, Aug., Gaudent. tr. 18 *ei se largiturum possessionem creabilium pollicetur, per quem creata esse omnia non ignorant.*

creatio: *eccl.* Hier. ep. 140, 6 *creatio* (significat) *eius qui prius non erat conditionis exordium* al., [Rufin.] in Am. I ad 5, 7 sq. *uniuersorum Dominus iure creationis*, intpr. in Matth. 69 *quidquid habuerit quis ex naturali creatione.*

*creatura: *abstr.* i. creatio Hier. ep. 140, 2 *creaturam mundi . ., conditionem hominis*, in Is. XVIII ad 65, 20 *gaudii aeternam creaturam*, an. in Iob III p. 228 *non diem Dei, non . . creaturae Dei.*

1130 *credulitas: *eccl.* non, ut uett. fere, credendi quaedam facilitas, sed i. creditio (gl.) uel quasi dixeris credentia (quod eruas e *credenza*, *créance*, quod est etiam i. *croyance*) Cypr. ep. 77 (ad Cypr.) *sic . . facis . . de seculo homines ad credulitatem accedere*, Arnob. II, 12 *inaudita uis rerum . . ad unius credulitatis assensum concurrere gentes . . fecit*, 6, 8, 34 al., Zen. I tr. 1, 1 *Abraham placuit Deo credulitate sine lege*, Hier. in Philem. ad 10, 4 sqq. *una atque eadem credulitas in Moysen refertur et in Deum, ut populus qui credebat in Dominum aeque credidisse dicatur in seruum*, id. Or. in Ezech. h. 5, 3 *multo nobis utilius fuerat diuino non credidisse sermoni, quam post credulitatem adhuc rursum ad peccata conuerti, quae ante commisimus* al., Rufin., ut Orig. in

Rom. IV, 5 *qui . . Abrahami fidei credulitatis merito iungerentur* al., [Rufin.] in Os. I ad 1, 2 sqq., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 154, Zacch. et Apoll. Consult. II, 16 al., Petr. Chrysol. serm. 60 *sermo creat auditum, auditus concipit fidem, credulitatem parturit fides, confessionem credulitas nutrit* (cf. Ep. ad Rom. 10, 17), 61, 63 al., Salu. gnb. D. III, 7 al., Liberat. breuiar. 22 *fidei meae credulitas*, Cassiod. in ps. 8, 11 *in Domini credulitate permansit*, in 117, 24 *quam suauia uerba sancta nobis probatur eructare credulitas*, in 12, 7, in 25, 3, in 134, 2 al.

crematio: Plin. s., S. S. Leuit. 6, 9 ap. Rufin. in Leu. h. 4, 6 *holocaustum in crematione sua erit super altare tota nocte*, Prud.

crementum: locis lexx. addi possunt Coel. Aur. salut. praecc. 51, Drac. carm. VI, 101, id. satisf. 237 *luna crescente fretum crementa resumit*, Arat. actt. apost. I, 199 (cl. Barth ad l.), II, 842, Cassiod. (Epiph.) hist. trip. X, 20.

cremialis: A (add.: oleum gremiale et Anthim. 67, 78); — ad cremium Gg. add. Hier. in Os. III ad 10, 7 *φρύγανον id est cremium, aridas scilicet herbas siccaque uirgulta, quae camino et incendio praeparabantur.*

*crepare: *meton.* (*crever*) Vulg. »A. Ap. 1, 18«, Aug., Vict. Vit. pers. Vand. I, 14 *nerui ut fila aranearum crepabant*, Fulg. M., et sic **crepatio** Th. Prisc. II, chr. 9 (A), Ps. Soran. quu. med. 247 *quid est fractura? decisio uel crepatio ossis.*

crepere: Eutych. ars II p. 486 K., excrepit Arn. iun. in ps. 140; — hinc *crepulus* Auien. ora mar. 571

uasti gurgitis crepulas aquas, id. Arat. 325, 991, Aug. c. sec. resp. Iul. I, 119 (r. Gg.), Sidon., gl. Plac.

crepitatus: [Rufin.] in Ioel 2, 4–11 *sonitum ei crepitatui, quem in stipula solet ignis efficere, comparando.*

cribellare: Apic., Marc. Emp. p. 263 F, Th. Prisc. I, 4, 9 . . (cribrare IV f. 312b), Pall., Cass. Fel. 6 s. f. *contusa atque cribellata.*

criminalis: Arcad. (sec. IV) Dig., intpr. Orig. in Matth. 119 *exhibitus ad criminale iudicium*, Ps. Hier. scient. diu. leg. 5 *cr. peccata et maiora,* Cod. Theod. et Iust., Primas. in Ep ad Rom. c. 5 (peccata); — *criminaliter* Vlp. Dig. s. (DV), Primas. in 1 Cor. c. 10 *si peccauerint criminaliter*, Cassiod. Var. VIII, 24 (et DV), Iul. ep. Nou.

crinescere: Thes nou. lat. p. 124.

1140 *crinis: *trnsl.* cosmogr. Iul. Caes. 24 *ex ipso fluminali circulo* (Danubii) *septem crines fluminum procedunt infundentes se in Pontum*, 25 *per crines supradictos intrant Pontum.*

1140* *crispare: *intr.* Drac. carm. VIII (Duhn), 352 *uenabula cernens uenantis crispare manu*, 412 al. Cf. 2009, 2068, 3207, 4989.

crocatum s.: Cass. Fel. 35 p. 77 *confectio crocati faciens ad faucium tumores.*

cruciatio: Vulg. Sap., Aug., Isid. sent. I, 28, 4 *illic et miseria est propter cruciationem dolorum et tenebrae propter lucis auersionem.*

crucicola: Euagr. (sec. V) alterc. Theophili Christ. et Simon. Iud. in. *crucicola signifer*, *Christianae legis te profiteris esse auctorem.* Cf. agricola, amnicola p, Apenninicola Verg., coelicola (i. coelum incolens) p, (i. coeli cultor) Cod. Th. et Iust., Gradiuicola Sil., latebricola Plaut., Marticola Ou., monticola id., Neptunicola Sil., plebicola, Poplicola, ruricola p, sacrïcola Tac., postt., seruulicola Plaut., siluicola p, terricola Lucil., postt., uiticola Sil., undicola Varr., Auien.; — recc. Christicola Prud., corrupticola Liberat. breuiar. 19 'alios quidem fecerunt Corrupticolas appellari, alios, nimirum incorruptibilis (corporis Christi) assertores, phantasiastas', ib. 20, deicola inf. 1271, daemonicola Aug., Delphicola Aus., dumicola Auien., flucticola Sid., fonticola Aug. mus., lignicola inf. 2197, limicola Aus., multicola inf. 3500, Nilicola inf. 3579, nocticola Prud., paludicola Sid., paradisicola Prud, regnicola Aug., rusticola inf. 4792, saxicola Paulin. Nol., Tibricola Prud., uentricola Aug., uericola Tert., Vesticola inf. 5842.

crucifixio: Hier. in Gal. III ad 5, 24 *carnis Dominicae*, Prosp., Auit.

crucifixor: Aug. in ps. 58 serm. 1, 15 *expauerunt crucifixores Christi*, in ps. 73, 5, P. Nol., Ps. Aug. serm. 215, 3, [Fulg.] serm. 43, Verecund.

crudaster: Anthim. 21 (ficatum incisum . .) *ungatur de oleo . ., et sic in subtiles carbones assetur, ita ut crudastrum sit, et calens ipsum manducent.* Cf. alicastrum, Antoniaster, apiastrum (apiastellum App. herb., — apiastra Seru.), calamister et -strum, caluaster gl., canaster gl. *μιξοπόλιος*, catulaster s. catlaster gl. *βούπαις*, clargaster

(= clericulus, cf. Cang. Gloss. med. et inf. Lat.), claudaster gl., falcastrum Is. Orig. XX, 14, 5, filiaster gl. *θυγατριδοῦς*, formastrum opus gl. Philox., fornaster Titin. ap. Fest. (*γρ.* formaster), fuluaster App. h., Fuluiaster, grauastellus Plaut., lotaster Grat., mancaster gl. Hild., mentastrum, miniastrum N. Tir., nigellastrum gloss. Dief., nouellaster Marc. Emp., ocimastrum gl. Dief., oleaster, palliastrum App. (ut Met. I, 6: scissili palliastro semiamictus), parasitaster Ter., patraster (q. socer) inscr., petalaster (furfur) gl. Dief., philosophaster (uid. inf. 4020), pinaster Plin. (pinastellus App. h.), porcaster »Aldh.«, porcastrum App. h., pueraster gl. *ἀντίπαις*, pullaster gl. *πῶλος* et pullastra Varr. (subicienda oua '*potius uetulis* — sc. gallinis — *quam pullastris*'), rapistrum, recaluaster Vulg., salicastrum (uitis in salictis crescens) Plin., siliquastrum id., surdaster. De hoc genere uid. L. Schwabe De deminutiuis graec. et lat., Gissae 1859, p. 71—73.

crudelescere: Ps. Aug. serm. 55, 1 *ne . . disciplina durior ipsa sui austeritate crudelescat.*

cruentatio: Tert. (altaris), al. anon. in Iob I p. 101 *ut ostenderet . . cruentationem atque animum suum homicidalem*, [Fulg.] serm. 46 *passionis cruentatione.*

cubatio: Varr. L. L., intpr. Orig. in Matth. 28 p. 243 L. *sicut in deserto uulpes faciunt in iis foueas et serpentes . . cubationes*, Coel. Aur.

1150 cubaturus: Cass. Fel. 33 *cubaturis id est euntibus dormitum*, 66 p. 163 al.; cf. incubaturus Tert., excubaturus Sid. afferentem Neue FL II p. 586, de cubaui . . eund. p. 578.

cubicularis: Cic., Val. Max. (r. Gg.), Plin., Mart., Tert. an. 25, postt.

cubitatio Rufin.: A p. 8*.

cubitura: Plaut. fr., Dynam. I, 49 *aliud papauer . . minoris est rigoris, quod paulatim cubitura decoxit.*

cubula: Arn. VII, 24 (genus libi).

cucumeracius: Th. Prisc. II, 3 *oleo ueteri uel cucumeracio*, ib. 12, Plin. Val. III, 13 (oleum).

cuiusmodicunque: Cic. pro Cluent. 6, 17 codd. plurr., Aug. Gen. ad lit. 3, 10 *etiam ipsam materiam, cuiusmodicunque sit, non possumus dicere non ab eo factam.*

culpabilis (*coupable*): App. dogm. Plat. II, 15 in. *culpabilium uirorum*, ib. 19 al., Tert., Cypr. cath. eccl. unit. 21 al., Nouat. cib. Iud. 3, Arn., Hier. ep. 148, 5 *ibi fecisse, hic non fecisse culpabile est* al., Rufin. Orig. in Rom. II, 13 al., [anon. in Iob I p. 7, intpr. Orig. in Matth. 25, all.

culte: Ouid. Fast. V, 668 *loqui*, cett.

*cultura: (dei) Tert. apol. 16, carn. Chr. 4, Minuc. Fel., Lact. (Arn. ita cultio VI, 9 plur. al.), Commod., Lampr. Heliogab. 3, 5, Hier. ep. 78 mans. 1 ex., Rufin. Orig. in Num. 17, 1 *daemonum*, [Rufin.] in Os. II ad 8, 5 sq., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 48, intpr. Orig. in Matth. 63 *idolorum*, 123 *a Iudaicae culturae doctoribus* al., anon. in Iob I p. 16 *Dei* al., Sulp. Seu., Cod. Theod., Greg. hist. Franc. VIII, 15.

cumprime: Quadrig. ap. Gell., Cass. Fel. 57 p. 145 *oportet cumprime aegrotum perunctum lauare calidiori lauacro.*

1160 **cumulanter:** [Rufin.] in Os. II ad 7, 9 *cumulanter, non apparuisse canitiem, sed defloruisse et effusam esse commendat.*

cunctamen: Auien. Arat. 135, Paulin. Nol.

cunctatior: Suet. (Caes. 60), App. (Flor. 18), Ambr. in Luc. VI, 56 *pudore cunctatior.*

cunctipotens: Prud., Aug. (?) Specul. 16, hymn. Ambr. 81, 37.

cuneatim: Caes. et App. ss. ll., Amm. XXVII, 1, 1 *cuneatim egressa multitudo uagabatur*, XXX, 1, 5.

cuneus: de quouis agmine uel globo militum etiam non cuneato dici uidetur Capit. Pert. 11, 1 'trecenti de castris armati ad imperatorias aedes cuneo facto milites uenere' (cl. ib. s. 4: subito globus ille in Palatium perueuit neque arceri potuit), Paneg V, 16 'ut . . cum ueteribus illius coniurationis auctoribus et mercenariis cuneis barbarorum tanti apparatus oblitus irruerit', ib. 12 'occupata legione Romana, interclusis aliquot peregrinorum militum cuneis, contractis ad delectum mercatoribus Gallicanis', cf. Holzmann ad Tac. Germ. 6, 7.

cursio: Varr., Aug. doctr. christ. II, 30 *uel quarum* (artium) *omnis effectus est actio, sicut saltationum et cursionum et luctaminum.*

curuatura: etiam Hygin. P. Astr. III, 39 al.

curuitas: Non. p. 20 b tecta in curuitatem formata, 33 b, Macr.

custodiarius adi. Rufin. (casa): A p. 8*sq.

1170 *custodire: trnsl. q. seruare Sen. contr. II, 15, 7 (pudicitiam), dein pA et freq. recc.

1170* **custoditor:** Ps. Hier. uincul. Petri 4 *mandatorum Christi custoditor assiduus.*

cyclamen (corr. e *κυκλάμινος*): Marc. Emp. p. 292 B *cyclaminis succus*, 296 G et saep., Plin. Val. I, 29 *herba cyclaminis trita* al., Cass. Fel. 1 p. 6 *cyclaminis herbae radicis,* App. herb. 17 *herba cyclamen*, S. Placit. 4, 18; — genuinas formas, cyclaminus et cyclaminum, refert Plin. (et Scrib. 7, 8), reseruaruntque etiam Coel. Aur. tard. II, 1, 37 *cyclamini herbae*, Isid. Or. XVII, 9, 89, ipsique Marc. al., ut p. 257 C, 382 F, et, ut uidetur, Pl. Val. II, 21 (ubi *γρ.* cyclamnium). Cf. A.

***cyclicus** t. t. med. Hier., Th. Prisc.: A p. 9*.

cygninus: Thes. nou. lat. p. 2 et 86.

cymbalaria (herba): Dynam. II, 79 *cyclamini id est cymbalariae sucus;* — cymbalaris App. herb. Cf. 'anniuersalis'.

cypr̆inus = cypreus, cupreus et Pl. Val. I, 18 (acus, pyxis).

Dactylosus: Isid. Or. XVII, 9, 48 (paeoniam herbam) *quidam . . uocant . . dactylosam a similitudine digitorum.* Cf. 334, 394, fermentosus Th. Prisc. et fur-

culosus App. h. (r. Gg.), piscosus Non. p. 82b 'hippocampi a flexu caudarum, quae piscosae sunt'. Cf. A.

*dactylus: i. fructus palmae (Dattel) Plin. XIII, 19, 46 *suum genus* (sc. inter poma palmarum) *dactylis, praelonga gracilitate curuatis interim* (l. r. Gg.), Ed. Diocl., Apic., Pall., Cass. Fel. 42 p. 101 *dactylos nicolaos numero quinque* al. (saepius tamen palmulas dicens, ut 48 p. 125 simul et palmulas . . exossabis et . . coques', exemplo Coelii et superiorum), Isid. Or. XVII, 7, 1.

damnabilitas: auct. Praedestin. III, 25 *damnabilitas eius eo usque peruenit ut* . ., auct. Hypognost. V, 7, 11 *aliquos . . in omni scelere et damnabilitate . . perdurasse*, gloss.; — *damnabilis* Treb. Poll., Firm. m., Rufin. apol. II, 32, id. Orig. in Cant. III p. 6, anon. in Iob I p. 57 *non ante Dei faciem ueniunt illi damnabiles, sed consilia . . eorum* al, *damnabiliter* Aug. saepe, ut e. c. contra Crescon. II, 11 *numquid sic etiam christianum et fidem laudabiliter, ac non potius damnabiliter ponerent?* (int. ut posuerunt episcopatus officium), c. Faust. XX, 9 . ., Fulg. Rusp. serm. 10, 6 *ita fiet, ut in te remaneas d. uictus, si fueris tuae uoluntatis uitio deprauatus*, id. ep. 1, 8 et ib. 10, Primas. in Apoc. IV ad 16, »Potam. ep. ad Athanas.« (comp. damnabilius Sen. ap. Aug. Ciu. D. »VI, 10« dubitamus utrum sit Senecae).

damnificare: S. S. Deut. ap. Aug. (eum centum siclis), Aug. s. 336, 4 *ambo damnificati sunt, . . uenditor et emptor*, in ps. 118 s. 31, 2 *qui regem nostrum detrimento militum eius* (martyrum) *sunt damnificare moliti, ab illo sunt insuper acquisiti* (sc. christiani facti), quu. in Hept. V, 33, Julian. epit. Nou. (decem libras damnifica-

bitur, quod unusquisque damnificatus est), Cassiod. (Epiph.) h. trip. (pecuniis), Greg. M. (aliter laesi aut damnificati), gloss.

1180 *damula*: App., Vulg., Iouin. ap. Hier. adu. Iouin II, 5, Rufin. Or. in Cant. III p. 56 *quomodo capreae uel damulae comparetur*, N. Tir.

danistarius: C. I. III, 2 p. 951 (in tabula cerata) *inter Cassium Frontinum et Iulium Alexandrum societas danistariae conuenit.*

datrix: Mar. Merc. Nestor. c. Pelag. tr. 2, 6, — dator Plaut., s. Verg, — Arn., Hier. in Os. ad II, 9 *ut, qui ex copia datorem non senserunt, sentiant ex penuria* al., intpr. Or. in Matth. 79 *Mosen legis datorem*, intpr. Iren., Aug.

dealbatio: Hier. in Ezech. VIII ad 27, 4 sq. *Libanus interpretatur candor siue dealbatio* al., Rufin. Or. in Num. 27, 12, Aug., Isid. quu. in Gen. 25, 8 *peccatorum*, 26, 2; — dealbator inscr. Pompei. 222, Cod. Iust., gloss.

dealitas: Hilar., »Arian. serm. frgm. 13 t. XIII p. 618 M.«, Lucif. non parc. p. 996 *quia una sit dealitas in Patre et Filio* al., Arnob. iun. de Deo trino II, 23 *in una dealitate duas substantias distinguo*, ib. 12 (male pro deitas uel diuinitas).

deambulacrum: Mamert. grat. act. ad Iul., Hier. in Ezech. XII ad 40, 44 sqq. *ut sacerdotes habeant deambulacra latissima*, Vulg. Reg., Eucher. laud. eremi 32; idem est per meton. deambulatio Ez. 42, 4 et Hier. ad l.

deasclatio (deascellatio): Ps. Soran. quu. med. 219.

deauratio: Greg. M. in I Reg. III, 4, 5, thes. nou. lat. p. 20, — deaurare Tert., Hier. ep. 150, 14 *earum* (columnarum) *deaurent capita*, Rufin. Or. in Exod. 9, 4, Aug., C. Theod.

debacchatio: auct. Quer. I, 2 *conuentus et debacchationes et ioca friuola non quaero*, II, 4 p. 40, Saluian.

debellatorius: Thes. nou. lat. p. 63, — debellator p, Tert., Hier. in Cant. tr. 2 p. 528 *ceruus serpentum inimicus ac debellator*, Vulg., postt.

1190 *debere: in circumscriptione coniunctiui postulatiui Greg. M. ep. I, 44 *praecipimus*, *ut* . . *debeant accipi* pro: accipiantur, I, 28 *suggestionem me apud dominos fecisse*, *ut* . . *Anastasium transmittere debuissent*, X, 45 al., auct. de S. Hel. 12, cf. Carpent. ap. Du Cange s. u. (huc uergere quadamtenus uidetur Capit. Maximin. 22 *Maximiniani milites iactasse dicuntur Apollinem contra se pugnasse debere*, müsse wohl . . haben); — *al.* debendus q. part. *praes.* Ennod. ep. I, 16 *salutationem debendam restituens precor* . ., II, 5 et saep.

debiliter: Pacuu., Aug. Regul. p. 516 M *debiliter ualet.*

debite: Gaudent. praef. ad Beniu. p. 837 *bonorum operum meritis debite ad* . . *regnum coelorum prouectos*, Vict. Vit. persec. Vand. III, 21 *in quem credere iubeor*, *ei etiam debite supplicabo.*

debriare: Aug. debriatus (cf. Du Cange s. u.), Cassiod. in ps. 35, 9 *inebriabuntur ab ubertate domus tuae*,

. . *quoniam apud te est fons uitae . .' debriat etenim nos uita potabili, cum bonae conuersationis studium de sacris praedicationibus hauserimus*, Beda.

debullire Rufin.: A p. 9*.

decada: Hier. in Zach. I ad 1, 8 sqq. *septem decadarum numerus*, in Ez. XII ad 41, 8 sqq., Rufin., intpr. Iren.

decaluare: Veg. u. (II, 48, 3: locum . . psilothro decaluas), Hier. (decaluatus), Vulg., Isid. alleg. 81, — *decaluatio* Hier., uita Fulg. Rusp. 11.

decamyrum Marc. Emp.: A.

decanissa: Thes. nou. lat. p. 167 i. decani uxor, cf. ib. *equitissa* p. 185, *leuitissa* p. 306, et fratrissa Isid., sacerdotissa schol. Luc.

decantatio: S. S. uet. s. (Rönsch p. 71), Hier. (uertens ἀδολεσχία), »Cassian., Gennad., Cassiod.« (DV), [Fulg.] serm. 68 *unde eculeis appositi cum ungulis sulcarentur, aporiati decantationibus laborem faciebant cum pudore tortoribus.*

1200 **decapillare** (*décheveler*): auct. de S. Hel. 21 *se decapillare incipiens.*

decarminare: Cassiod. in ps. 130, 3. 4 *sed hic ordo nobis uerborum faciendus est, ut uersus huius decarminata contextio ipsa se magis exponere uideatur: si non humiliter sentiebam, sicut ablactatus super matrem, sed exaltaui animam meam* (textus ipse, quem exponere praesumpsit C., non demutato uel decarminato ordine uerborum, sic habet: si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam

meam, sicut ablactatus super matrem suam, — in uers. Vulg.: . . sicut ablactatus est super matre sua); — simpl. *carminare* (carmen) Sidon.

deceptio: S. S. uet. s. et Vulg., Hier. in Abac. I ad 2, 5 sqq. *diabolus omnium gentium deceptione laetatur* al., Rufin. Orig. in Iud. h. 4, 1 al., intpr. Orig. in Matth. 117, Aug., Mart. Cap., Cod. Th. et Iust.

deceptiosus: Rufin. Orig. princ. II, 4, 3 *nec deceptiosa quaedam sophismata*, Ennod., Cassiod. in ps. 9, 29 *persecutio Antichristi erit . . deceptiosa miraculis*, in 15, 4, Greg. M.

deceptiuus Firm. m.: A, postt.

deceptorius: Aug., Hier. (?) in Iob 24 *deceptoria persuasione diripiunt greges dominicos*, Leo serm. 36, 4 uoluptas, Mar. Merc., Ps. Cypr. sing. cler. 44, all., — deceptor Sen. tr., Lact., Aus., Hier. Didym. spir. sict. 60, Rufin. h. mon. 19 p. 183, Aug. serm. 130, 2 al., Isid. sent. II, 30, 5, all., *deceptrix* Lact., Rufin. h. mon. 10 p. 168, Aug. serm. 182, 7 *haereses deceptrices*, Alc. Auit., Cassiod. in ps. 61, 8 *deceptrice mutabilitate fallaces.*

decerptor: Aug. c. sec. resp. Iul. I, 16 (sic hoc non fecisti, ille fecit qui de libris tuis ea, quae comiti Valerio putauit mittenda esse, decerpsit;) *quod eum non credens ego fecisse mendaciter, auctori tribui, quod decerptori debui*, ib. 23; — decerptio Non. p. 127a (ed. Gerlach et Roth), Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 23 (pomorum).

decertator: Ambr. in ps. 36, 11 *noli esse contentiosus et decertator in zelo*, Cassiod. (Epiph.) h. trip. (VI,

16 al.), Nou. uers. ant. 107, 3 al., — decertatio Cic. s., C. Th., Quer. V, 4, Cassiod. (Epiph.) h. trip. IV, 8.

decibilis: Rustic. c. Aceph. p. 1173 *quod decibilius . . euenire non poterat*, Liberat., Isid.

deciformis: intpr. Iren. II, 15, 3 *quia Pleroma ipsorum, cuius imaginem creaturam esse dicunt, octiforme et deciforme et duodeciforme est.* Ad haec tria, quae hic tantum sunt inuenta, cf. *ambiformiter* Arn., biformis p pA, *milleformis* Aug. quant. anim. 72 'ludendi ac iocandi causa milleformes simulationes', id. Ciu. D. (l. r. Gg.) al., Prud., *quadriformis* (4492), semiformis Col., *septiformis* Hilar. in Matth. 12, 23 'quae in eo multiformis illa Dei sapientia septiformi gloria collocauit', Optat. »schism. Donat. VI, 3« septiformis ecclesia, Aug., Gaud. »serm. 3« igneus ille Spiritus septiformis, all. eccl. freq., triformis p, *uniformis*, *aequiformis* (sup. 106), multiformis, *omniformis* App., Aug. C. D. X, 11 'natura fallax omniforme multimodum', Prud., Sid. (in carm.), *pluriformis*, *primiformis* Mar. Victorin., *caniformis* Prud., *serpentiformis* intpr. Iren., tauriformis Hor., *uersiformis* Tert., *conformis* (sup. 885 b), deformis, *eformis* N. Tir., informis, transformis Ouid.

1210 *decimatio*: Capit., gener. Vulg., Aug. quu. in Heptat. V, 18 *decimationes omnium fructuum*, 28, id. Gen. ad lit. X, 20, 35, Cassian.

decipula: Hier. spir. snct. 59 *eorum fraudulentas decipulas conteramus* (r. Gg.), ep. 84, 5 al., Vulg., Rufin. Orig. in Cant. III p. 65, Mart. Cap., Sid. (-um Lacu., App.).

decipulosus: Thes. nou. lat. p. 179.

declamatiuncula: Gell., Hier. in Os. I ad 2, 16 et 17 *oratoriis declamatiunculis ludere,* Mar. Merc. Subnot. 3, 2, Sid.

1213* **declamatrix:** Aldh. septen. p. 216.

declaratio: Cic. ep., App. dogm. Plat. III, Hilar. in ps. 118 l. 22, 3 *ut, cum rerum dictarum sit percepta cognitio, tum agnitionis ipsius declaratio consequatur.*

*declinatio: *medic.* q. remissio (uel, ut Coel. Aur. tard. I, 1, 7, 13 al. loquitur, dimissio) sc. passionis opp. accessus (ap. Marc. et accentus), augmentum Marc. Emp. p. 405 E *hoc medicamen in accentu placat dolores et in declinatione confirmat sanitatem*, Th. Prisc. II, 5, Coel. Aur. tard. III, 5, 71 *si declinationis tempus permiserit*, II, 5, 87 et 89, III, 6, 84 et 8, 101 al., acut. II, 19, 124 al., Cass. Fel. 29 p. 48 *declinatione facta* (opp. 'in augmento') al., cf. Th. Prisc. II, chr. 16 *declinantibus doloribus*, Coel. Aur. tard. II, 7, 106 *declinante passione* al.

decoctio: meton. i. decoctum Th. Prisc. I, 5 *ex ea decoctione fricentur*, 7, 10 . . (plur. II, 3), Pl. Val. I, 61 (r. Gg.), V, 25, Coel. Aur. tard. I, 4, 37 *bibere hyssopi decoctionem*, II, 1, 25, IV, 1, 4, ib. 8, 128 et saep., Cass. Fel. 48 p. 122 *decoctio potui data*, 6 p. 14, 10 p. 18 et passim, App. herb., Ven. u. Radeg. 15; abstr. q. digestio Cssd., Isid. (l. r. Gg.), q. consumptio, dilapidatio Cod. et Nou. Theod., Cssd.

decolligare: Rufin. Orig. in ps. 36 h. 1, 2 *Aegyptii . . decolligauerunt axes suos, et cito fugerunt sub aqua.*

decoloratio: Cic., Aug. un. bapt. 15 *quasi innocentia Caeciliani* (iudicio absoluti) *iudicis decoloratione fuscetur*, Coel. Aur. tard. II, 1, 9, Gelas. ep. 9, 9 et 15 al.

decolorate: comp. Aug. De duab. anim. 2, 2 *quanto decoloratius uiuat peccatrix anima* (decolorati corruptique mores id. ep.).

1220 *decoratio*: Eust. Hexaem. I, 1 *conueniens exordium de mundi compositione narraturus assumpsit decorationem gestorum operum*, ib. 6 *Verbum, quod decorationem omnium, quae uidentur, effecit*, VII, 1 *ut equis etiam familiaris decoratio redderetur*, Dionys. Exig. »de creat, 19«.

decoriare: Tert., anon. in Iob II p. 145 *exteriore corio decoriatus*, Pall., Cass. Fel. 9 *amygdalarum amararum decoriatarum* al., Isid. ort. et obit. patr. 133 *uiuens decoriatur.*

decoriatorius: Cass. Fel. 13 p. 20 *medicamento decoriatorio, quod Graeci ecdorion uocant.*

decorosus: Ambr., anon. in Iob II p. 166 *quid gloriosius aut decorosius gloria atque forma humana?*, Ps. Aug. (l. r. Gg.), intpr. Polycarp. ep. ad Philipp.

decorticare: Plin., Vulg. Ioel 1, 7 et Hier. ad l., id. quu. hebr. in Gen. 30, 32 sq. *tres uirgas ex parte decorticans* al., Ps. Asc. ad Cic. diuin. in Caec. 3 *ligna delibrata id est decorticata* (delibrare Caes., Col.).

1224* **decrassare:** Hier. (?) in Iob c. 15 p. 1051 *non longum tempus erit, quo uita eius in diuitiis facinorum decrassetur.*

decrementum: Gell., App. bis, Hier. Orig. in Luc. hom. 8 *si . . nec augmentum, nec decrementum recipere potest*, Aug.

decrustare: Ven. uit. Germ. 77 *cum saxa frigus decrustaret, et aquas in crustam uerteret;* — crustare Plin., all, concrustatus Amm., incrustare Varr., Hor., postt.

decubare: Fab. Pict. ap. Gell., Ven. Fort. Misc. III, 4 *me . . litorali diutius in margine decubante.*

decuplus: Vulg. Dan. et Hier. in Dan. 2, 15, Boeth., Aldh. septen. p. 176 *decupla schematum species* al.

decussus, u Plin. XI, 62, 163 *decidere eum* (aculeum) *rursusque recrescere facilem decussu.* Nimirum supina quae dictitant nihil aliud sunt nisi casus nominum.

1230 *dedecoratio*: Tert., Rufin. Orig. in Rom. II, 13 p. 137.

dedecorosus: Vict. epit., Hier., Rufin. Orig. in Rom. IX, 32 al., Oros. h. III, 23 *dedecorosissima proditione*, Cod. Th., Primas.

dedecorus: Sen. ep. 90, 26 *dedecoros corporis motus*, Tac. bis (e Plaut Bacch. 1201 nunc expulsum).

*dedicare: *al.* (non rem, sed actum aliquem) q. instituere, inaugurare Hier., ut adu. louin. II, 15 *ex parte ieiunium dedicatum est*, ib. inf. *et ipse Dominus baptisma suum XL dierum ieiunio dedicauit.*

dedicatio: Cic. dom. 39, 103 (DV habet), Liu., Sen. dial. X, 20, 5, all. pA et recc.

dedicator: Tert., Petr. Chrysol. serm. 96 *Cain . . in exitum fraternum mortis dignus exstitit dedicator*, Arn. iun. in ps. 119.

deditor: Tert. orat. 11 (habet DV, at non Gg.*).

---

*) Sicut int. cett. *absedere*, *defamator* Steph. ad Bonif. pap. II libell. I p. 35 t. 65 M., *defoliare*, *degustator*, *deificatio*, *deiloquus* Rustic. (sup. 755), Liberat., *deipartrix* Rustic., *demessio* Capreol. ep. 2, 1, *deorbitare* Lucif., *deprehensibilis* Vigil. Taps. c. Pallad. I p. 502 M *deprehensibili se collutauit perfidia* al., *desculpere* Tert., *despectatio* Oros. c. Pelag. p. 605, *desperaliter* Paulin. bened. 6, *desubitare* Firm. m. III, 4, 6, *deterioratio* Acr. ad Hor., *detuitio* Chalc. in Tim 237 al., *deuictor* hist. trip., inscr., *deuiabilis* Chalc. Tim. 25, *diamygdalon* Pl. Val., *dignificare*: inf. 1459, *disertulus* Mar. Merc., *disiectio* Coel. Aur., *eluctatio* Lact., [25] *emanator* Cassiod., *emunitas*, *enuntiator* Aug. quu. in Hept. II, 17, inscr., *equistrator*, *erector* (1692), *eremiticus* (1693), *essentitas* Mar. Vict., *exarguere* Verecund., *excelsitudo* Verecund., *exordialis* Gennad., *expulsorius* Dionys. Exig., *extemporaneus* Rufin. Orig. in Leu. h. 8, 5, gl., *figuralis* (inf. 1984), *figuratim* intpr. Iren., *flagitiare* Isid. diff. I, 230, *fundate* Vigil. Taps., *fusitrix* (inf. 2130), *generamen* (nr. 2153), *generatiuus* Boeth., Dion. Exig., *germinabilis* Dionys. cr. hom. 8, Isid., *glebaticus* Perpet. Turon. testam., *glebositas* Potam., *gratifice* Rufin h. mon. 1 p. 123 V., *gratuite*, *heredificare* intpr. Iren., [50] *homousionista* (-anista?) Vigil. Taps., *homuncionita* Philastr., Aug., Mar. Merc., al., *honorabilitas* Facund., *illustratus*, us Cassiod., *imbutio* Cassian., gl., *immaculate* uet. intpr. Ignat., Rustic. c. Aceph. p. 1185 C al., Ven. Fort. (Quich.), *immanescere* Vigil. Taps., *immedicabiliter* Hilar., *immediabiliter* Rustic., *immensibilis* Philastr., *immixtio* Gennad. uir. ill. 82, *impariliter* Aug., *impatibiliter* Mar. Merc., *imperagratus* Gild., *implastrare* Victor. ap. Fulg. Rusp., *importabiliter* Cassiod., Vict. Tunon., *impoenitibilis* Primas., *improficuus* Rustic. c. Aceph., *impuderatus* Lucif., *impulsatrix* Verecund., *incaducus* Rustic. c. Aceph., *incarceratus* Zen., Aug , *incarnaliter* Mar. Victorin., *incoinquinabilitas* Fulg. Rusp., *inconculcabilis* id., [75] *inconstabilitas* intpr. Iren., *inconsubstantialis* Rustic., *inconsummabilis* Eucher., *inconsummate* Eugypp., *inconuulsibilis* Rustic., *incrassescere* Rufin., *increabilis* Mar. Merc., *increpatiuus*, *incrispare* Tert. idol. 8 (sec. codd.), *indecibilitas* intpr. Iren., *indecernere* Garg. Mart., *indeflexibilis* Cassian., *indeminutus* (2636), *indirumpibilis* Rustic., *indiruptus* Cassian. (coll. XXIV, 18 et saep.), Fulg. Rusp., Verecund., *indiscernibilis* Mar. Victorin., *indiscissibilis* Rustic., *indiscusse*, *indormitabilis* (2683), *induratio* (2695), *ineuincibilis* hist. trip., *inexcessibiliter* Rustic.,' *inexinanibilis* Mar. Merc., *inexqui*

dedolatio: Ps. Soran. quu. medic. 246 *anatresis id est pertusio et perforatio ossis decisi, desecatio, derasio aut dedolatio.*

---

situs (2720), *inexscrutabilis* (2721), 100 *infrenabilis* Chalc., *ingenerabilis* Mar. Vict., *ingraminatus* Vict. Vit., *inintelligentia*, *ininitiabilis* (2801), *initiabilis* Vigil. Taps., *initialiter* Aug., Fulg. Rusp., *innigrare* S. S. uet., S. Placit., *innumerosus* (2823), *inobauditio* S. S. ap. Pacian., *inobsecrabilis* Pacian., *inofficiositas* Salu., Ruric, Alc. Auit., Valerian., *insolatio* Plin. XXI, 49, 84, *insignanter* Primas., *inspiramen* (2896), *insubditus* Zen., *insubstantialis* Candid., Mar. Vict., *insubstantiatus* Mar. Vict, *insultus* (2926), *intaminate*, *integraliter*, *intelligentialis* et *intelligentialitas* Mar. Victorin.; *intelligentitas* id., *interannuntiare* Liberat., 125 *interficies* Chalcid., *interpretabiliter* Dionys. Exig., *inundantia* Verecund., add. »S. S. uet. Luc. 6, 48« (ubi Vulg. inundatio), *irrecusabiliter* Rustic. c. Aceph. p. 1218, 1247 et 1251, *irremissus* (3059), *irretractabiliter* Facund., *irreuolubilis* Oros., *laboratus*, u Venant., *lassabundus* Rufin., *linguositas* Rustic., *loculatus* al. Potam., *logium* Rufin., intpr. Iren., Isid., *luminalis* Candid., *luminatio* (3260), *martyrialis* (3339), *memorabiliter* (3383), *mersio* (3407), *ministratus*, u (3428), *missorium* (3446), *munerator* (3520), *mustuosus* Cassiod., *mutilitas* Dion. Exig., *napa* (3540), *naricornus* Verec., *nascibilitas* Gennad., 150 *naufragabilis* Caes. Arel., *nebulare* (3552), *neruicus* pro neruiceus uel neruinus, et al. (gl.) i. fortis, *nepotatus* pass. Pacian., *nominabilis* (3587), *noxietas* Gaud., *nundina* s. sing., obosculari Petr., *obsurdare* Aug., *obturbatio* Rufin., *occupator* (3681), *omnicognoscentia*, *omniexsistentia*, *omniintelligentia*, *omniuiuentia*: Mar. Victorin., *operabilis* intpr. Iren., *oppugnantia* Dionys. Exig., *pactuari* excc. de impp., *panicoctarius* Petr. Chrysol., *panificare* (3776), *panificus* Petr. Chrysol. (habet Gg., sed e gloss., dissimulato auctore), *participator* imp. Iustinian. ap. Agapet. pap. ep, et *-rix*, *pauperascere* Fulg. Rusp., *pedibulum* (3843), 175 *pedunculus* (3844), *perapertus* Chrysol., *perceptus*, u Cl. Mam. an., *perdamnare* (3873), *perdecipere* Chrysol., *perdeflere* Chrysol., *perfucare* Chrysol., *permonere* (3926), *perpenetrare* Chromat., *perquisitio* (3958), *perprocliuis* Chrysol., *persecurus* Chrysol., *petralis* Cassiod., *phantasmari* intpr. Iren., *pigmentalis* Facund., *planare* Petr. Chrysol., Sedul., Coripp., *plenarie* (4072b), **poetare transl.* Lucif., *pomulum* (4101), *potentificare* Mar. Vict., Candid. Arian., *praeaccipere* Cassiod., *praecausa* Cand., Mar. Vict., *praeconfundere* Chalcid., *praeclarere* (4155), *praeconialiter* Cassiod., 200 *praeconspicabilis* Cassiod., *praeconuincere* in Xysti pap. epp., *praedemonstrare* Rustic., *praedestinator*, *praeeuangelizare* intpr. Iren., *praeexercere* intpr. Iren, *praeexsistentia*

defaecatio: Tert., Hier. nom. hebr. p. 38, Pacian. (l. r. Gg.); — *defaecare *transl.* Plaut., Ambr., Hier. ep. 121, 10, Rufin. h. mon. pr. *ab omni malitiae cogitatione defaecatos* al., Aug., Sidon.

defatiscere act. pro defetisci: Ps. Aug. serm. 192, 3 *defatiscente fide defatiscit et semita.*

---

*emendare praegn. q. sanare: Plin., Scrib. 51, Theod. Prisc. IV f. 311 (ulcera), Plin. Val. I, 6 (alopecias) et saep., M. Emp. 287 E dolorem, 290 C *polypon emendat herba proserpinalis*, 285 G *caepae sucus grauiter audientes emendat*, 358 G calculosos al., Placit. 3, 4 suspiriosos, 4, 11 faciem perustam, App. herb. 40, 3 dolorem, 88, 5 epiphoras, Cass. Fel. 2 p. 11 *psilotro emendabis caput*, 74 p. 178. Alia huiusmodi ad significationem medicinalem apud postt. potissimum translata sunt castigare Marc. Emp. 300 F distillationem, depurgare sup. 1399 (nam purgare sic iam uett. uid. inf. s. u.), *mundare* Th. Prisc. II chr. 10 *quibus reliquiae causarum possint mundari facilius*, Hier. in Ier. I ad 1, 9 *qui iniquitates auferat et mundet peccata* al., Arator actt I, 476 *tactu nocentia mundans*, Placit. 10, 2 *si faciem fricauerit, plagas mundabit*, emundare Hier. in Abac. II ad 3, 11 sqq. *cum lepra ipsius fuerit emundata*, emaculare Plin, Ps. Hier. uer. circumcis. 4 *leprosi hominis sordes emaculans*, absoluere sup. 26, liberare Th. Prisc. I, 6 *singula ac-*

cidentia propriis suis purgationibus liberantur, cf. I, 10, Pl. Val. I, 2, II, 17, Coel. Aur. acut. pass. II, 37, 91 *multos* (cardiacos) *iuxta sententiam Sorani liberari uidemus.*

emendicare: Sen. dial. II, 18, 1, Suet., Tert., Hier. ep. 143, 2 *exceptis uerbis tinnulis atque emendicatis nihil aliud loquitur*, Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 88, Cod. Theod.

emigratio: Vlp. Dig., Adaman. u. Col. III, 27 *diem meae de mundo emigrationis*, ib. 26.

57* *eminent*er: Aug. in ps. 95, 1 *regno . . euidenter atque eminenter accepto;* compar. id., Amm., Sidon.

emollescere: Rufin. Orig. in Ps. 36 hom. 5, 7 *quae in carnis uoluptatibus emollescit* (DV et Gg. locum indicant perperam), gloss.

emphyteuticalis: Nou. Iust. uers. uulg. 116, 11 *emphyteuticalium instrumentorum*, emphyteuticarius Cod. Theod. et Iust.

1660 emunctio: Quint., Coel. Aur. tard. II, 7, 94 *emunctio humoris tenuissimi primo, tum crassi atque uiridis.*

*emundare: sup. in 1655.

emundatio: S. S. uet. (et Vulg.), Tert., Hilar. in ps. 53, 3, Hier. in Ier. I ad 4, 3 sq. *Symmachus* (uertens Ier. l. l.) . . *circumcisionem emundationem et praeputia uitium intellegens*, Rufin. Orig. in Leuit. h. 7, 4 et 8, 10, Ps. Hier. in Iob 42, Leo serm. 50, 1, Petr. Chrysol. serm. 57 *labiorum*, Isid. sent. I, 22, 7, id. quu. in Leuit. 15, 2 al., all.

emundator: Hilar. in ps. 118 lit. 16, 1 *uniuersis doctor et emundator et iudex.*

enarratu: Plin. II, 95, 206 *enarratu difficiliora.*

encenium corr. ex exenium pro xenium (inf. 1798) i. munus (Du Cange): auct. de S. Hel. 15 *imperatrix filiae tradidit priuate nonnulla encenia de auro ac nobilissimis gemmis sumptuosissime composita*, 30 *extrahens illud sumptuosum encenium*, 31.

encolpizare: Theod. Prisc. IV f. 311a (mulier) *encolpizatur pigmentis* et ib. aliq. Cass. Fel. 78 s. f. *sic in uno commixtis et tepefactis encolpizabis per corneum metrenchyten appellatum*, Muscio gynaec. II, 44 al.; *encolpismus* Th. Prisc. III, 7 *encolpismis imminere conuenit ex croco hypocistide* etc., III, 5 bis, III, 2, Cass. Fel. l. l. p. sup. Cf. sinapismus Th. Prisc. II, 3, chr. 1, 2 . ., Coel. Aur., catheterismus Coel. Aur. (curatio per catheterem), dropacismus id., helleborismus id., ἐγκαθισμός Theoph. Nonn., et inf. 2138.

encryphias (ἐγκρυφίας ἄρτος): Ps. Aug. serm. 3, 2 *conspergitur similago, fiunt encryphiae*, 5, 1 '*fac subcinericios panes*' (Genes. 18, 6), *quod graece encryphias dicitur, occultos uidelicet et absconditos indicans panes.*

energia: Mar. Vict. adu. Ar. IV, 22, Hier., Rufin. »princ. III, 3, 4« (indicat enim et DV) *humana anima recipere potest diuersas energias id est inoperationes spirituum diuersorum malorum ac bonorum* al.

eneruis: Sen. contr. I pr. 4, Sen. ep. 92, 8, dial. VII, 7, 3 al., cett.

1670 *eneruiter*: Aug. c. Faust. XXII, 50 *non eneruiter blandus*, »Eugypp. Thes. 23«, Aldh. laud. uirg. 53 al.

enixio: intpr. Iren. (Rönsch It. p. 80), miracc. S. Steph. II, 2, 2 *nondum recuperatae uires post laborem periculosae enixionis suae alterum itineris subire laborem minime permittebant.*

ennoematicus: Cassiod. in ps. 5, 6 *ennoematicae definitionis hanc esse uirtutem, ut negando quod non est hoc quod intendit declarare uideatur*, ib. inf. (ἐννοηματικός Iustin. Martyr).

enodis: Verg., Vitr. II, 9, 7, Ou., Plin. XVI, 17, 39 al., cett.

enthecatus: Fulg. M., Fab. Claud. Gord. Fulg. aet. mundi X p. 138 *Babylonicum regnum . . tot triumphis ac totius orbis uictoriis enthecatum.*

enudatio: Ambr. Noe 29, 112 *si enudationem eius* (animae) *discusserimus . . haec enim enudatio uelut ebriae mentis, ut nesciat quod delinquat;* enudare Cassiod., e. c. h. trip. II, 24.

enuntiatrix: Quint. II, 15, 21 (r. Gg.), Prud., Innoc. pap. ep. 8, 1 *malorum enuntiatrix fama*, Ennod. ep. IV, 17 *enuntiatrix lingua penetralium.*

enuntiatus, u: Mar. Vict. ars gramm. I, 7 (non 8) p. 38 *hae* (mutae consonantes liquidis consociatae) *sub uno enuntiatu coniunctae communem syllabam, diuisae autem longam efficient.*

enutritio: Hier. in Matth. IV, ad 24, 19 *initia habent fidei, ut enutritione indigeant magistrorum.*

enutritorius: intpr. Orig. in Matth. 22 *ut cor nostrum sensibus mundis potatoriis et enutritoriis impleatur.*

1680 **ephemerida:** Aug. in ps. 40, 3 *inspectores ephemeridarum et . . obseruatores temporum et dierum.* Cf. sup. 23 et 1195, aliaque recc. ex *-ας* vel *-ις*, *δος* corrupta in -da, ut *ascarida* (*ἀσκαρίς*) Coel. Aur., Isid. Or. »XII, 5, 13«, *cantharida* Isid. Or. XII, 5, 5, Greg. Tur., *collyrida* Vulg., Ambr. (collyris), *hebdomada* Gell., Cens., Tert. adu. Iud. »8, 11«, Hier. ep. 100, 17 *hebdomadae dominicae passionis* (incipient) *sexta decima mensis Pharmuthi*, id. reg. Pachom. prf. 2 *in hebdomadarum ministerio sibi succedant per ordinem*, ib. 5 al., an. in Iob III p. 214 al., Aug. pecc. orig. 31, id. ep. 55, 23, Cass. Fel. 76 p. 184 abl. pl., 61 p. 152, Cassiod. Var. V, 10, 11, all., *heroida* Fulg. m., *Hellada* Vulg. Macc., Cassiod. h. trip.: inf. 2264, Vict. Vit. pers. Vand. I, 17, *lampada* S. S. uet., Treb. Gall. 8, Iul. Val., Hier. nom. hebr. p. 112 *lampadarum* al., all., *lepida* Coel. Aur. tard. III, 8, 138, »Pelag.«, *parotida* (parotis Plin.) Th. Prisc. I, 9, Isid. Or. IV, 8, 2 *parotidae sunt duritiae . . in aurium uicinitate*, pyramida Chalcid. in Tim. 20, Cl. Mam. an. I, 25, 2, Boeth. Cf. praeterea alia nomina graeca metaplasmata in -a, ut Amazona Hyg., Tert., Iorn. hist. Get. 5, *coenoteta* Coel. Aur., Eleusina Fronto, Iustin., all. (et Hier. adu. Iouin. II, 14), *lichena* (*λειχήν*) Pl. Val. II, 56 (r. Gg.) *lichena appellatur, quod uulgo mentagram appellant*, *meninga* (*μῆνιγξ*) Th. Prisc. II, chr. 9 *cum ex meningae*

partibus sanguis eruperit, *qui uapore quodam cum saltu uenarum*, *cum sudore et dolore totius capitis publicatur*, ib. *cibi calefacientes miningam prohibendi sunt*, II, 2 bis, ib. 3 (locos r. Gg.), gl. Plac. 'meninga in cerebro membrana quaedam uel pars cerebri', *Sirena*, *styraca* Pl. Val. I, 11 (vel styrace Marc. Emp. carm. u. 48), — et de huiusmodi Neue FL I p. 324 sq., Rönsch It. p. 258 sq.

Ephesinus: Simplic. pap. ep. 7 *concilium* (*Ἐφεσίνη* NT Apoc.).

episcopalis: Amm. (Gg. ed. 7), Hier. adu. Iouin. I, 34 *electio*, in Mich. I ad 2, 9 sq. al., Rufin. h. eccl. X, 1 al., Aug. gestt. Pelag. 6, 19 *in episcopali iudicio*, id. ep. 44, 5, haeres. 88 et saep., Prud., Leo ep. 14, 4, auct. Praedest. I, 46, Sidon., all. eccl. postt.

episcopatus, us: Tert., Cypr. ep. 55, 9, Hier. adu. Iouin. I, 34 al., Vulg., Rufin. h. eccl. X, 5 al.

episcopium: Aug. (l. add. Gg. 7), Ps. Cypr. de XII abus. 10 *ad gradum episcopii ueniens* al., Greg. M., thes. n. lat. episcopium, episcopatus; al. est *episcopium* (*ἐπισκοπεῖον*) Cassiod. (Epiph.) hist. trip. VIII, 1 *ex itinere fatigatos ad episcopium duxit*, *et apposita mensa pauit.*

epistolicus: ap. Gell., Hier. ep. 32, 1 *epistolicae confabulationis.*

epulator: Ambr., Aug. in ps. 144, 9 *ille auidissimus epulator.*

*eques: 'pro equo' Non. p. 73b apponens Verg. Georg. III (u. 116) et Enn. Ann. (237), cf. quos cit. DV, praeterea ita Minuc. Oct. 7 (r. Gg.) *testis est Curtius*, *qui*

equitis sui uel mole uel honore hiatum profundae uoraginis coaequauit, et saepe Greg. hist. Franc., ueluti III, 15 *audiunt pedibulum equitum currentium* et ib. aliq., 18 *ascensis equitibus*, ib. 28 . ., IX, 35 al.

equitalis: Thes. nou. lat. p. 12 (turma).

equitatio: Plin., S. S. Abac. 3, 9 iuxta LXX ap. Hier. ad l. *ascendens super equos tuos*, *et equitatio tua salus* (Vulg. quadrigae tuae saluatio).

1690 *eradicatio*: Tert., Hier. in Am. I ad 1, 6 sqq. al., Aug. Ciu. D. XIX, 23, 5 *ne inobedientes eradicatio consequatur;* -- eradicare pr, Lampr., Hier. in Is. IV ad 3, 3 al., Cassian. Coll. V, 8.

erectio: Vitr., Amm., Hier. in Abac. I ad 2, 5 sqq. *in . . ceruicis erectione*, Vulg., Aug. in Io. tr. 40, 8 *celsitudinem*, *erectionem*, *nullam defectionem*, *aeternam stabilitatem*, Ennod.

erector: Mar. Victorin. gener. diu. uerbi 26 *liberatorem ac sanctificatorem animae, et totius corporis redemptorem et erectorem*, Aug. c. Petil. I, 10, 11 *erectores altaris*, inscrr.

eremiticus: Cassian., Faust. ep. 7.

eremizare: Cass. Fel. 51 p. 135 *eremizato folle uentum inflabis.*

ereptio: Cic., Tert. idol. 2 *in animae ereptione.*

ericinus (ericius): Aug. c. Faust. XXX, 1 *leporina et hericina carne*, ib. XXXII, 3, et, ut nunc uidetur, Plin. Val. V, 33, ubi γρ. hysicini (pedes), cf. A p. 35. De carne

ericii (uid. nr. subseq.) uel erinacei (irenacei) Plin. Hist. Nat. XXX, 21, 65.

ericius: propr. Varr. fr., Ambr. Hexaem. VI, 4, 20 *echinus iste terrenus, quem uulgo ericium uocant*, Hier. in Abac. II ad 3, 17 al., Vulg, Cassiod. in ps. 103, 18 '*refugium erinaciis*' . . *erinacius est quem uocamus ericium*, Isid., gl. Labb. De forma erinaceus . . cf. Gg., cui contulimus locos Pl. Val. et Arn. iun.

erogator: Tert., Aug. in ps. 38, 5 *in illum finem, quo dicturus est bono erogatori* '*intra in gaudium domini tui*' (Matth. 25, 21), serm. 340, 4 al., Cod. Iust.

errollus Euagr.: A p. 18*.

1700 erroneus: Sen. ben. VI, 11, 2 (r. Gg.) *dum uagus atque erroneus uernaculis congregatur et ludit*, Col. (dub.), App. s., Hier. adu. Iouin. II, 23 *oues erroneas*, in Zacch. II ad 10, 1 *spiritibus erroneis* al., an. in Iob II p. 183 '*et ego uaga*', *ueluti erronea*, Nicet. explan. Symb. 4 *sicut quidam erronei haeretici dicunt*, Cassiod. in ps. 70, 24, hist. trip. VII, 35 *daemon quidam erroneus persuasit* (Valenti) *ut* . ., VI, 36, ib. 44, XII, 9 al.

erubescentia: Tert., »App. fr.« (?), Aug. in ps. 30 enarr. 2, 5, Aug. (?) ad fratrr. erem. serm. 26 *abscondit se* . ., *quod erat signum doloris et erubescentiae.*

eructatio* **transl.: Hilar. in ps. 41, 12 *omnes eructationes iudiciorum Dei per uoces prophetarum inuenimus sonuisse.* Nimirum etiam uerba eructari i. proferri eccl plerique omnes dictitant, c. c. Hier. ep. 65, 7, iuxta uete-

rem S. S. translatorem ἐρεύγεσθαι, ἐξερεύγεσθαι ita interpretatum, ueluti »Ps. 44, 2«: eructuauit cor meum uerbum bonum.

eruditor: S. S. uet. Hebr. et Vulg. Sir., Tert., Hier. u. Hilar. 14, Rufin. Orig. in Exod. h. 11, 2 *Deus eruditor infantium* al., Aug. c. Iul. II, 16, 34 *eruditor uester Pelagius.*

*eruditus c. gen.: Hygin. P. A. II, 6 *omnium artium*, Hier.

*eruptio *medic.*: Cels. VII, 3 *sanguinis*, Scrib. 83, Plin., Th. Prisc. I, 20 *sin . . plus excreuerit acrior eruptio* (uulneris sponte nati ex importuno humore), Coel. Aur. t. V, 10, 102 (uomicarum) *eruptiones aliquae ad thoracis inania fiunt*, Cass. Fel. 46 p. 116 *uenae.*

erutor: S. S uers. uet. Ps. 69, 6 ap. Aug. in ps. 69, n. 8 *adiutor et erutor* (Vulg. liberator) *meus es Tu, Domine . .*, et Aug. ib. *Tu adiutor et erutor: indigeo auxilio, adiuua; implicatus sum, erue; nemo enim eruet de implicationibus nisi Tu*, Ps. 143, 2 ap. Aug. ad l.

escosus: Th. nou. lat. p. 139.

essentia = *οὐσία* tentatum Ciceroni, dein Flauio Fabiano (Sen. ep. »58«, 6, Quint. II, 14, 2: haec interpretatio non minus dura est, quam illa Flauii essentia atque entia, III, 6, 23) recc. usurpare non amplius dubitant, ut Tert. adu. Val. 29 *argumenta naturae atque essentiae* (*γρ.* sententiae), Arnob. II, 70 *et esse res caepit et nonnulla in essentia* (cod. essętiam) *constituta*, Hier. ep. 120, 10 *unus solis calor secundum essentias subiacentes alia liquе-*

facit, *alia indurat*, id. ep. 15, 4, id. Did. spir. snct. 4 al., Aug. uer. rel. 31 *ibi esse primam uitam et primam essentiam*, *ubi est prima sapientia*, ib. 14, anim. orig. II, 5, 9, Macr. saep., Sidon., (Pelag.?) in Ep. ad Rom. 4 *ab essentiarum Domino.*

essentialis (essentiel): Fulg. Rusp. ad Trasimund. II, 4 *hic essentialis natura monstratur* al., Isid., th. nou. lat., *essentialiter* Aug., Mar. Merc. (DV), Cl. Mam. an. I, 3, Facund. defens. IX, 2 in., Fulg. l. l. 3, Isid. sent. I, 15, 2 *unum essentialiter sunt;* — **essentialitas** Mar. Vict.: A.

1710 **estus** part. perf. ab edere: S. Plac. 11, 4 *iecur si estum fuerit*, *idem dabit remedium*, comestus ib. 11, 4, Aug. Specul. ad Exod. 22 *comestum a bestia,* Anthim. 92 *dactuli . . solent facere . . capitis dolorem*, *si satis comesti fuerint* et saep., cf. Diom. I p. 362 sq. *part. praet. esus*, *unde et comesus dicimus*, . . *non comestus*, *ut uulgus existimat* (cf. p. 387), at ita complures iam antiquitus locuti sunt, u. locos ap. Gg., qui recepit praeter unum etiam illos a nobis collatos.

esuccatio: Cass. Fel. 33 p. 71 *arteriacam sub lingua continendam dabis, et cum defluxerit paulatim sub ipsa esucatione transuorandam dabis;* — exsuccare 34 s. f. 'paulatim exucando transuorent', Th. Prisc. II, chr. 16 'cum exsuccata fuerint', Coel. Aur., Cassiod., sed iam Vitr., ut uidetur.

esurienter: App., Zen. tr. 38 *quod . . esurienter accipite.*

esuries: Tert. adu. Prax. 16 *sitim et esuriem passum*, Hier. saep., ut adu. Iouin. II, 17, Sid., auct. orig. gent. Rom.

etiam et: Cass. Fel. 39 p. 88 *etiam et potiones aptissimas dabis*, *quae ualeant uenas conglutinare*, 42 p. 99 *est etiam et spleneticis diaphoreticum medicamentum*, 16 p. 23, 19 p. 29 ter, 20 p. 31 et saepiss. (cumulatiore etiam pleonasmo: etiam simul et 23 p. 39, nec non etiam et 71 p. 170 al.), Coel. Aur. ac. II, 9, 54 *dat etiam et radices masticandas* al. (etiam quoque t. III, 4, 66), anon. in Iob II p. 182 *qui etiam et impias cogitationes seminauit in anima illius*, Anthim. 3 al., »Fulg. m. I, 2«; — et etiam, ut Rufin. Pamph. pro Orig. 5 p. 386, Cass. Fel. 1 p. 9, Placit. 31, 19 *uini hemina et etiam hemina olei*, 16, 23, iam Cic. aliique uett., cf. Hand Tursell. II p. 522 sq. (etiamque Vitr. freq., ut III pr. 2 *Teleas Atheniensis*, *Chion Corinthius . . etiamque alii plures*, III, 2, 11 *etiamque angulares columnae crassiores faciendae sunt*, III, 1 (1), 8, IV, 2, 4, V pr. 3, V, 3, 2, 5, 8, VII, 3, 3, VIII, 2, 1, 3, 9, 4, 1 al.).

*euacuare aliquem: (clystere) Coel. Aur., Cass. Fel. 22 p. 38 *clystere euacuandus*, 63 p. 155; — *euacuatio* ita Cass. Fel. 23, al. Tert., Hier. Orig. in Ierem. h. 5 p. 799 Vall., Ps. Cypr. sing. cler. 39 (r. Gg.), Coel. Aur. (l. r. Gg.), Mar. Merc. c. Pelag. tr. 2, 7.

euangelizator: Tert., Hier. in Tit. 3, 14 *euangelizatoribus Christi.*

euaporare: Gell., Tert. scorp. 5 *tormentis tormenta discutere*, *supplicia suppliciis euaporare*, Solin. (l. r. Gg.),

Chalc. (add. id.), — euaporatio pr. et Coel Aur. t. I, 4, 90, *trnsl.* Cassian. Coll. IX, 27 lacrimarum, Cassiod. in ps. 118, 171 *euaporatio ista de imis mentibus uenit.*

euasio: Vulg. Iudith, intpr. Orig. in Matth. 100 *timens, ne forte . . ipse ei fieret causa euasionis.*

euectus, us: Varr., Plin., Greg. hist. Franc. III, 3 *euectu nauali.*

1720 *euentilare: *transl.* Hier. in Luc. h. 29 *Scripturae sensum diligenter euentilans,* in Eph. III ad 5, 14 *omnes editiones ueterum Scripturarum ipsaque Hebraeorum uolumina diligenter euentilans nunquam hoc scriptum reperi*, c. Ioann. 8 al. i. discutere trnsl. (in 1508) uel potius excutere, ut Hier. in Abd. 1, 1 'longum est si uoluero cunctas Scripturas excutere et proferre in medium super montem Seir'.

*euersor *trnsl.* q. prodigus, dilapidator: ICti (Gai. ep. inst., C. Theod.), Aug. in ps. 38, 5 '*proiiciatur in tenebras exteriores*' (Matth. 25, 30) . . *seruus, non euersor ad perdendum, sed piger ad erogandum* al., *al.* Conf. III, 3, 6 *remotus ab euersionibus, quas faciebant euersores (hoc enim nomen scaeuum et diabolicum uelut insigne urbanitatis est) . . a quorum factis abhorrebam, hoc est ab euersionibus, quibus proterue insectabantur ignotorum uerecundiam, quam perturbarent gratis illudendo atque inde pascendo maleuolas laetitias suas.*

*euidentia *trnsl.*: Aug. in ps. 54, 20 *quomodo in haeresi permanebit ad tantam euidentiam sanctae Catholicae . .?*, cons. euang. I, 31, 48.

*euigilare q. expergisci: Suet., Plin. min., Stat., Hier. in Eccl. 12 p. 490 *quoad . . ad leuem sonitum euigilet* al., Vulg., Rufin. h. mon. 1 p. 123 al.

euigilatio: Aug., Isid. c. Iud. I, 53, 2 *quod . . euigilatio resurrectio* (est).

eunuchizare: S. S. uet. indeque Hier., Criscon. breu. canon. 23-26.

euocator: Cic. s., Tert. an. 53 *angeli euocatoris animarum*, [Rufin.] in Am. II ad 7, 1-3 *quasi exstantis iam creaturae euocator.*

euolatio: Hier. (?) in ps. 54 *non ab alio sumam* (*γρ.* summam) *euolationem euadendae mortis, nisi a me ipso; potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam.*

eupatorium: Pl. Val. II, 17 et saep., App. h. (Diosc.), eupatoria Plin.

euulsio: Cic. s., Vulg. Ier. 12, 17 (r. Gg.) et Hier. ad l., Pl. Val. (l. r. Gg.), Coel. Aur. ac. III, 8, 83.

1730 *exabundare*: Chromat. in Eu. Matth. tract. 14, 1 *in tantum caritas Dei exabundauit, ut . .*, Salu., Vinc. Lir., Arn. iun.

exacerbatio: Victorin. Petauion. schol. in Apocal. ex cap. 13, 13 *aspernationem Dei et exacerbationem Daniel ante praedixerat*, Hier. ep. 106, 67 *legite Ezechiel, et inuenietis παραπικρασμός irritationem et exacerbationem semper expressum*, Chromat. beatit. 2, Salu., Ps. Cypr. Sina et Sion (r. Gg.), Salu. gub. D. IV, 34, Rufinian. sch. dian.

exacinare: excc. ex Physiol. 10 (erinaceus) *ascendit per uitem et exacinat eam, ita ut cadant omnes acini in terram.*

exactrix: Aug., Ennod. ep. III, 30.

exacuminare: aliquid Adaman. u. Col. II, 25.

exaggeratius adu.: Aug. c. epist. Manich. 34, 38 *ut . . magnum malum esse clamaret, tanto scilicet exaggeratius quanto timidius* (nisi scr. exaggera*n*tius); — exaggeratus *superl.* Cassiod. in ps. 22, 9 *desinens in exaggeratissimam summitatem*, comp. Gell.

exaggeratorie intpr. Orig. in Matth.: A p. 11*.

exagitatio: Th. Prisc. II, 1 *initiis omnium exagitationum, sub quacunque sorte causarum aduenientium*, Egesipp. bell. Iud. V, 53, 1 *nec ulla eam* (animam nostram) *curarum humanarum sollicitet exagitatio*, »Aug. serm. 121, n. 4 ed. Mai.«, Acr. ad Hor. S. II, 3, 208 (mentis), Cass. Fel. 55 p. 141 *post exagitationem frigoris accessio febrium* (cf. exagitare ib. 76 p. 182), Muscio Gynaec. I, 47, gloss.

exalapare: Aug. in ps. 49, 6 *non adhuc exalapandus et flagellandus* (alapare gl., alapari dep. Commod.).

exalbidus: Plin., Tert. res. carn. 55 *manus . . ad instar emortuae exsanguis et exalbida*, Rufin. (l. r. Gg.).

1740 *exaltatio*: Tert., Cypr., Th. Prisc. IV f. 317 b, Hier. chron. Eus. p. 38 *exaltationes siderum*, ep. 65, 9 *forma serui passionis iniuria est, et exaltatio nominisque donatio ad Patrem redit*, in Ezech. IX ad 30, 1 sqq. *iactantia et exaltationes* al., Vulg., Rufin. Orig. in Iesu N. h. 4, 2,

intpr. Orig. in Matth. 10 *humilitatem, quae est prima exaltationis occasio apud Deum* al., Paulin. Nol. ep. 12, 5 et 21, 1, Chalcid. in Tim. 58 (non: Tim. 59), freq. eccl. (aeque exaltare, ut Hier. Did. spir. snct. 51 'Ipse est dextera Patris, per quem saluat et exaltat' al.).

exaltatiue: Cassiod. in ps. 9, 33 *nunc exaltatiue propheta se conuertit ad quintam* (partem).

exaltator: Aug. serm. 207, 1 *uendi redemptorem, humiliari exaltatorem, occidi suscitatorem*, Aldh. (uid. uoc. subseq.).

exaltatrix: Aldhelm. De septenario col. 216 t. 89 Migne . . *declamator declamatrix, . . exaltator exaltatrix . .*

examaricare: anon. in Iob II p. 137 *ipsis doloribus examaricati atque exaggerati amariores . . et peiores efficiuntur* al., intpr. Orig. in Matth. 114 *examaricans in poenitentia fletum suum;* — amaricare S. S. uers. uet. et Vulg., Aug. (amaricatio sup. 163), inamaricare S. S. (Rönsch p. 193), Aug.

*examinatio *transl.*: Dig., Cypr. ep. 11, 5 (r. Gg.) al., Arn. VII, 30, Veg. m., Rufin. Orig. in Rom. IX, 41 *tanta futurae examinationis indago*, X, 35 *ex quibus* (diuinis literis) *solis huiusmodi examinationis agnoscenda discretio est*, Gaud. tr. 17, M. Cap.

examinatrix: Aug. De sancta uirginit. 46 *si examinatrix desit tentatio* (examinator Tert., Aug., intpr. Iren., Cassiod.).

examussim: pr (uid. Hand s. u.), App. aliq., Diom. praef. *examussim normatam orationis integritatem*, Hier. ep. 32, 1 *regnorum libris examussim recensitis.*

exanhelare Hier. (?) in Iob: A p. 11*.

exanimitas: Thes. nou. lat. p. 17.

1750 *exaperire*: Aug., Cassiod. in ps. 36, 6 *fulgor Dei operum nostrorum qualitates exaperit.*

exaporiari: S. S. uers. uet. 2 Cor. 4, 8 ap. Rufin. Orig. in Rom. prf. *aporiamur, sed non exaporiamur* (Vulg. non destituimur), quae respiciens Rufin. Orig. in Cant. p. 305 *nec aporiati exaporiantur, nec deiecti pereunt* (cf. A n. 58).

exaratio: Porph. ad Hor. epod. 2, 63 *quantum utilitatis exaratione agro contulerint* al., M. Cap., Sid.

**exardere trans.*: Hier. (?) in ps. 105 *nunc eos deuorat terra et exardet ignis, qui . . recedunt a mandatis Dei.*

exarmatio: Ps. Cypr. sing. cler. 39 *armatura uirium et exarmatio fluxurarum.*

*exasperatio *transl.*: Tert., Hier. in Ezech. I ad 2, 7 sq. *exasperationem siue irritationem* al., Greg. M.

exauditio: Hier. nom. hebr. p. 16, id. in Os. I ad 2, 20 sqq., Vulg., Hier. (?) in ps. 5 al., Aug. in ps. 68, 2, 1 *noli differre exauditionem, in tanta tribulatione sum*, in Iob 9 al., Rufin. Orig. in Iesu N. hom. 14, 2, Cassiod. in ps. 33, 15, in 60, 2, — *exauditor* Vulg. Eccl., Aug. in

ps. 4, 2 *compellare exauditorem suum,* in 38, 3 al., Ven. Misc. IV c. 5, 94 al.

exauriculare: auct. Quer. II, 4 *oenophorum exauriculatum et sordidum.*

excaecatio: Aug. c. Faust. XXI, 9 (r. Gg.) *in opere malo id est excaecatione infidelium,* c. sec. resp. Iul. II, 115, quu. in Matth. 14, 2 al., gloss.

1758* **excalceatio:** intpr. Orig. in 1 Sam. h. 1, 6 *excalceatio hoc est calceamenti resolutio.*

excallatorius: Cass. Fel. 20 p. 31 *medicamento ectylotico id est excallatorio.* Cf. obcallatus Sen., Cass. Fel. 7 p. 14, incallare Veg. u.

1760 **excandidare:** Ps. Aug. serm. 246, 4 (sol) *et excandidat et denigrat.*

excantator: Hier. comm. in Ioel prol. *excantator uenenatorum morsuum.*

excerptorius: Thes. nou. lat. p. 122.

excessio: Hier. Orig. in Ierem. hom. 13 ex. *ut ante excessionis diem, si fieri potest, peccatorum sordibus emundati cum sanctis ualeamus assumi,* »Lact. ad Stat. Theb. IV, 599«.

*excessus *transl.*: Hier. quu. hebr. in Gen. 2, 21 *pro ecstasi id est mentis excessu,* in Os. II ad 5, 8 sq. al., Vulg., Aug. (Gg.), Cassian. Coll. XIX, 4 (r. Gg.), ib. inf. et 5 al.; al. Uebertreibung (*excès*) Cass. Coll. II, 16 *per excessum continentiae debilitatum quemque ad illum sta-*

tum reuocari necesse est, in quo neglegens quisque per incuriam detinetur al.

excidiosus: Thes. nou. lat. p. 202.

excisio: Cic. dom. et har. resp., al. Vitr., Hier. in Is. VII ad 22, 15 sqq. *quod in excisione sepulcri non debeas laborare*, Pall.

excisor: Eges. B. Iud. V, 11, 2 (r. Gg.) *maiorem arietem excisorem urbium Iudaei appellauerunt*, Adaman. locc. sanct. I, 4 *ferramentorum uestigia, quibus dolatores siue excisores in eodem sunt usi opere*, gl. Philox. (excisorius Cels.).

excitatio: Arn., Eges. II, 10, 4 (r. Gg.) *ut agnoscerent excitationes tubarum et repressiones*, Petr. Chrys. s. 115 *lex . . ad frugem mortis ipsum caespitem humanae carnis sua excitatione perducit* (cf. Ep. ad Rom. 7, 5), Chalcid. in Tim. 165 (non: Tim. 167): maxima uitiorum excitatio.

excitator: Egesipp. B. Iud. II, 10, 4 *belli* (r. Gg.), III, 5, 3, IV, 7, Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 50 *cinerum* (r. Gg.), Prud. s.

1770 **excitatorius:** inc. de uisit. infirm. II, 3 *exteriora signa pigritantis etiam fidei aliquando excitatoria*, Aug. (add. Gg.).

excitatrix: intpr. Orig. in Matth. 44 *qui accendentes et excitatrices seminis escas, in quantum ualet, euitat.*

excitor: Egesipp. III, 26 s. f. *tanquam belli excitores et perturbatores concordiae,* schol. Iuu. IV, 1; — excitus, u App. (DV).

exclamitare: Hier. ep. 39, 5 *ululas et exclamitas et . . quantum in te est, tui semper homicida es.*

exclusarius: Thes. nou. lat. p. 148 ianitor.

*exclusio *al.*: Th. Prisc. IV f. 313b *ouorum* (excludere ita Cic., Hyg. f., Quint., excludi — *éclore* — Col., Suet.), Muscio gynaec. II, 47 *seminis*, Coel. Aur. t. IV, 8, 106 *fluor uentris sine lumbricorum exclusione* al. (l. l. 108: excluduntur nunc per uentrem, nunc per stomachum atque os uel nares), Cass. Fel. 72 *pueris dormientibus masticatio efficitur cum modica linguae exclusione, similiter ut illi qui post nimiam operationem resumunt*, 46 p. 115 *stranguria id est urinae paulatim per guttas exclusio*, 48 p. 122 *aliquando etiam et longaonis exclusio contingit*, it. p. 127, cf. p. 122 sup.: (intestinorum causatio cum ulceratione,) ex qua excluditur egestio sanguinolenta uel fellita, 46 p. 116: dolor fieri solet initio urinae excludendae aut in fine explicandae, 76 p. 182: excludet uel inaniet per uesicam aquosum humorem; — al. exclusio *transl.* Vlp. Dig., Hier. in Is. XVIII ad 66, 18 sq. *oris exclusio, ut omnem excludentes blasphemiam loquamur quae bona sunt* al.

exclusorium subst. i. abortiuum (sc. medicamentum) Th. Prisc.: A, — *exclusor* Aug. in ps. 54, 23 al.

**excoctio*: Quer. V, 4 p. 59 *unam unciam apoziae* (apozematis) *hoc est excoctionis contemplatione concedimus*, Paulin. bened. patr. 11, 1, Cod. Theod. et Iust.

excogitatio: Cic., Arn. VI, 3, Ambr. de uirginit. 16, 100, Hier. in Os. III ad 13, 1 *simile ueritati dogma, quod nihil est aliud nisi excogitatio prauitatis humanae,*

(Aug.,) intpr. Iren. I, 3, 4, Dionys. Exig. Greg. creat. hom. 9, Cassiod. Var. I, 17 *munitio efficitur praeualida, si diutina fuerit excogitatione roborata.*

excolens **pass.:** Thes. nou. lat. p. 95 (excolentiores cibi), 202 'excolentissimus i. purus, deliciosus'. Eodem modo, hoc est passiue, cum alia *-ns* terminata participia recc., tum inprimis amans (cf. *amant*), desiderans, nec non et reuerens usurpauerunt, superlatiue potissimum et in allocutionibus maxime, cuius loquendi usus quae in promptu habebam exempla infra apposui: »Fronto ep. ad Marc. Caes. I, 6 *magister optatissime, amice desiderantissime*, II, 5 *uale, desiderantissime homo et tuo Vero carissime*, V, 40 *uale, domine dulcissime, desiderantissime*, ad Ver. imp. (II) 4«; Cypr. ep. 4 ex. *frater . . desiderantissime*; 5, 2; 12 ex.; 78, 3, et saep.; Capitolin. Albin. 7, 3 *fratri amantissimo et desiderantissimo*, ib. 6 *mi unanime, mi carissime, mi amantissime* et al. scrr. hist. Aug.; Lactant. »inst. IV, 21, 4«; Amm. Marc. XV, 8, 12 *amantissime mihi omnium frater*; S. S. uers. uet. et Vulg., ut »Gen. 22, 2 ap. Ambr. *accipe filium tuum amantissimum, quem dilexisti*, Amos 5, 11 Vulg. *uineas plantabitis amantissimas*, Is. 44, 9 Vulg. *amantissima eorum non proderunt eis*, cf. Os. 9, 16 Vulg., Phil. 4, 1 uers. uet. *fratres mei dilectissimi et desiderantissimi*«; Hieron. in Ier. II ad 11, 15 sq. *dilectum et amantissimum uocat populum*, ep. 113 inscr. *dilectissimo atque amantissimo fratri*, ep. 121, 2, in Am. II ad 5, 11 sqq.; Rufin. bened. II pr.; Augustin. coni. adult. II, 16 *amantissime frater;* »Sulp. Seu. dial. I, 1, 2 *complexi hominem amantissimum exosculatique genua . . eius*«;

Cod. Theod.: const. Theod. II de Theod. Cod. auct. 8 *Florenti, parens carissime et amantissime*, impp. Valens et Valent. in Consult. uet. ICti 9, 1; inscrr.: Or. 946 *S. Vario Marcello* (qui fuit pater Heliogabali) . . *marito et patri amantissimo* (*τῷ προσφιλεστάτῳ ἀνδρὶ καὶ γλυκυτάτῳ πατρί*), 4644 *coniugi* . . *amantissimae desiderantissimae*, Or.-Henz. 7146 *patrono optimo suis amantissimo*, inscr. Smetii f. CIV n. 7, Rénier inscr. de l'Alg. n. 1537 *coniugi desiderantissimae*, ib. n. 494, Grut. 344 *patri reuerentissimo;* Mar. Mercat. Subnot. 4, 4 *qua nihil honestius inter reuerentissimas matronas inuenias*; Cassiod. in ps. 56 in. *labore finito in loco desiderantissimo conquiescis*, hist. trip. II, 12 *Deo amantissimi principis nostri*, Var. VII, 24 *reuerentissimum te omnibus facis, si quod de nomine tuo creditur et in moribus sentiatur*, in ps. 107 in. *psalmi* . . *reuerentissima subtilitate profundi sunt;* Facund. defens. IV, 2 *dilectissime et amantissime*, V, 2 *reuerentissimi episcopi dixerunt* et saep. ib. et al. Ceterum ita iam uett. animans, euidens, recc. aduerbia, ut sunt abominanter, ueluti Cod. Theod. III, 12, 1 *si quis filiam fratris faciendam crediderit abominanter uxorem*, Cassiod., impatienter Th. Prisc. I, 10 *oculis impatienter dolentibus*, optanter Thes. nou. lat. p. 400 'optate, optatim, desideranter, optato'. Cf. et sup. 133, inf. 1779, 5912.

1780 *excolare*: S. S., Hier. in Am. II ad 5, 8 sqq. *aquas maris aethereo calore excolat et eliquat in dulcem pluuiarum saporem*, Rufin., Pall.

excommunicare: Hilar. op. hist. frgm. 11, 4 *Auxentium et Vrsacium* . . *excommunicatos habemus secundum literas uestras*, Hier., intpr. Orig. in Matth. 14 *quando*

sine . . ratione, non propter peccata quae faciunt, excommunicant quosdam, Hist. trip. et Primas. cit. DV.

excommunicatio: Hier. adu. Rufin. II, 21 *post excommunicationem Hilarii* al., Aug. fid. et opp. 2, 3 et 19, 34 al., gestt. collat. Carth.

excrepare: Arnob. iun. in ps. 74 (r. Gg.); cf. excrepit id. in ps. 140 (crepere agnoscit Eutych. ars II p. 486 K.).

excretio (excrescere) Zacch. et Apoll. consult.: A p. 18 *.

excruciatio: Hier. Orig. in Ierem. hom. 9 p. 825 V., Aug., Cassiod. in ps. 20, 9 *poenali excruciatione torquendi.*

excruciator: Aug. c. Gaudent. I, 21 *non tibi uideatur excruciator cordis leuior esse quam corporis.*

excubator: Vigil. Trident. ep. 2, 3 (Sisinnius) *factus est, cuius* (ecclesiae) *erat conditor, excubator* (h. e. diaconus factus erat), ib. c. 11 *ad sanctorum cineres excubator*, pro usitatiori forma excubitor, cf. *incubator* (et incubatio), et parili uariantia *cubator*, cubitor, — *accubator, accubitor*, — *concubator, concubitor.*

excubialis: Sidon. ep. VIII, 6 *si quid inter excubiales curas, utpote in castris, uacabis.*

excubitus, us: Bell. Hisp., Firm. m. III, 14, 1 *proprio excubitu*, Veg. mil. II, 19 al.

1790 *excurrere *trnsl.*: Paul. Dig., Veg. m., Hier. quu. hebr. in Gen. 5, 3 *ducentorum et quod excurrit annorum.*

excussio: Hier. nom. hebr. p. 71 *excussio*, *quam Graeci ἔκκρουμα uocant* al., Vulg., Chalcid. Tim. 27, Coel. Aur. (l. r. Gg.).

excussor: S. S. Ps. 126, 6 (4), Cassiod. in l. l. *excussores dicimus prophetas* . ., in u. 7 *excussorum filii*, *id est apostoli*, in u. 8 et concl., inscr. (cit. DV).

*excutere: uid. 1720.

excussus, u: Prud. (?), Coel. Aur. tard. V, 4, 71, id. signif. 54 *palpitantibus membris excussu creberrimo*, *cum conuertantur, uultu atque oculis contortis.*

exedriola: Adaman. uit. Col. III, 23.

exemplare: S. S. ap. Aug., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 40 *ad exemplandam confirmandamque iudicii sui aequitatem*, postt.

exemplarium: Dig. (Procul. XXXI, 47, Vlp. XXIX, 3, 10, sed exemplar id. XXXVII, 11, 1, 5), Tert. idol. 5 *non ad derogationem legis suae*, *sed ad exemplarium causae suae*, adu. Hermog. 38 ex., adu. Marc. I, 16 exemplariis al., Arn., Hier. adu. Heluid. 16 exemplariorum al., Adamant. Martyr. de b et v p. 166 K exemplariis, all.

exenia (c. prosth. pro xenia): Aug. in ps. 25 enarr. 2, 13 *munera non solum pecunia est*, . . *non solum exenia* (»omnes mss.«) *sunt*, »P. Diac. uita Greg. 24«. Cf. exempla ap. Rönsch It. p. 467, ut e S. S. uers. uet. estatio pro statio, Estephanus (Estienne), iscientia, inscr. Afr. ismaragdus (émeraude); cf. et Lachmann. ad Lucr. IV, 283, Corssen Ausspr. Vocalism. u. Betonung der latein. Sprache[2] t. II, p. 286—8.

exercitator: Plin., Cassiod. (Epiph.) hist. trip. II, 24 *exercitatorem pietatis et castitatis egregium*, inscr.

exercitatorius: Aug. epist. 26, 2 *sapientia, quos primo alligauerit et exercitatoriis quibusdam laboribus edomuerit, soluit postea, liberatisque sese donat ad fruendum,* »inscr.« (exercitorius Tert., Gai., Dig.).

1800* *exercitus medicin. i. operans, acer, destrictus: Coel. Aur., Muscio gynaec. II, 38 *deinde subiungimus . . frictionem etiam exercitam*, 1, 14 *et exercitioribus pessariis uti possumus*, 21 p. 99, adu. II, 88 *ita ut exercitius doleat*, 35 (duritia) *digitis exercitius pressa*, I, 44 *exercitius partes fricare*, II, 93 *quam* (disciplinam) *in chirurgumenis exercitius habes ordinatam* al.

exfatigatio: Greg. ep. IX, 65 *in rusticorum uestrorum depraedationibus atque per hoc exfatigationibus* (sic »nonnulli codd., in aliis: exfugationibus«) *deprehensi.*

exfilare (cf. 1989): Cassiod. in ps. 38, 13 *a quibusdam uermibus sericum dicitur exfilari*, cf. P. Diac. Fest. p. 83; — exfibulare Prud., exfoliare Apic. IV, 129, exfornicari S. S. Ep. Iud. 7, exfigurare et exfretare gloss., exfundare pr.

exfunctus i. defunctus: C. I. III, 1, 3166a *L. Crepereio nepoti exfuncto.*

exhaustorius: Aldh. Septen. p. 214 M. *rota putei exhaustoria antlia uocatur.*

exhibitor: Non., Arn., Aug. in ps. 36 serm. 1, 7 *promissorem adhuc tenes, exhibitorem adhuc exspectas*, in 44, 2 *aurem accommodent promissori, credant exhibitori.*

exhilaratio: Hier. in Abac. I ad 2, 5 sqq. *mentis exhilaratio uertitur in ruinam*, Aug. in ps. 103 s. 3, 13 al.

exhonorare: S. S. uet. (et Vulg.), Lucif. pro Athan. I p. 833 M., Aug., auct. Zacch. et Apoll. cons. II, 11 *ut . . diuinitatis maiestatem aut interpretationibus diuidant aut gradibus exhonorent*, intpr. Iren., Salu.

exhonoratio: Aug. serm. 96, 3 (r. Gg.) al., Arn. iun. de Deo trino II, 17, Facund. def. XI, 7 *a Iudaeis exhonoratio, detractiones, iniuriae.*

exhortator: Tert. (fug. pers. 14 paracletus . . deductor omnium ueritatum, exhortator omnium tolerantiarum), Cypr. ep. 31 (ad Cypr.), 1, Aug. c. Gaudent. I, 7 *ad bonum opus exhortatorem*, serm. 105, 9, — *exhortatorius* Hier., Aug. gestt. Pelag. 6, 19 libros al., Cassian. Coen. Inst. XI, 15.

1810 exhortatus *pass.* et Tert. bapt. 18 (cf. Gg.).

eximietas: Symm., Ambr., Aug. (DV), Cassian. Coll. I, 23 *super discretionis eximietate, quae inter cunctas uirtutes . . primatum tenet, pauca disserere.*

exinanitas (q. al. exinanitio): Marius Mercator (Augustini aeuo suppar) intpr. Cyrill. apol. adu. Orient. p. 949 t. XLVIII M. *omnia propter exinanitatem uoluntarius nostri causa sustinuit*, ib. p. 959 A (bis), 962 B, 963 B, id. eiusd. apol. adu. Theodoret. p. 985 *exinanitas Dei Verbi . . est agere aliquid uel dicere humanorum propter conuentionem dispensatoriam carnis*, ib. p. a., 987 A, 988 B, 996 B, 997 C, id. eiusd. incarn. Vnigen. 12 s. f., 26 al.

exinanitio: Plin., Hilar. Pict., Rufin. Orig. princ. I, 2, 8 *exinaniens se . . per ipsam sui exinanitionem studet nobis deitatis plenitudinem demonstrare*, Mar. Merc. ep. 3 synod. Cyrill. p. 15 sq. *cum se propter nos ad exinanitionem spontaneam misericorditer inclinaret, quam ob causam dignos exinanitione sermones effugerit?* al., Prosp. in ps. 136, u. 7, Fulg. Rusp. de fide 20 *neque enim aliud fuit illa summi Dei exinanitio, nisi formae seruilis, id est humanae naturae, acceptio*, id. quinq. quaestt. 32, all., — atque ita exinanire freq. eccl., u. c. Hier. adu. Rufin. II, 12 *se exinaniuit formam serui accipiens* al., Vulg., Rufin. l. l. et princ. IV, 1, 32 *in eam plenitudinem, unde se exinaniuerat* al. (al. exinanire, h. e. pr. spec., Plin., Cass. Fel.: uid. s. u. subinanire).

exitialiter: Aug. (?), Cassiod. in ps. 34, 27 *precatur, ut mala sua potius salutariter tristes defleant, quam se exitialiter implesse congaudeant*, »auct. hist. Datian. 14«.

exitio: Plaut. s., Hilar. Trin VI, 31 *post exitionem a Deo* al., inc. quu. ex N. Test. 91 *probatum est Christum a Deo exiisse . ., ut per hanc exitionem Filium istum Dei credere non esset ambiguum*, ib. 97 p. 2293 t. 35 Migne.

ex nunc: S. S. uet. Luc., Amm., auct. de Hel. 44, *ex tunc*: S. S. uet. Mtth. et Vulg. Is., intpr. Orig. in Matth. 134 p. 57 *ex tunc omnis illa gens tenebris est repleta*, Alcim., Hel. 38.

exoccupare: Petr. Chrysol. serm. 65 in. *exoneremus animos, abiciamus curas, exoccupemus sensus*, »Sarisb.«

exoperatus pass. intpr. Orig. in Matth.: A p. 12*.

exoratiuus: Cassiod. in ps. 17, 32 '*Deus meus*', *aggressus est dicere nescio quid exoratiuum, et subiunxit ei exitum inopinatum*: '*impolluta uia Eius*'.

1820 *exoratrix*: Pacian. poenit. 10, Saluian.

exorbitatio: Tert., Aug. c. Iul. IV, 16, 83 *quid nobis obicis uanas exorbitationes tuas?* (r. Gg.), Mar. Merc. Subnot. prf. 13 *exorbitationes illius a catholica ueritate*, Chalcid. Tim. 4 et 14.

exordinatio (i. deiectio de ordine, ordinati depositio): Reg. Bened. 65 *hinc suscitantur inuidiae, rixae, detractiones, aemulationes, dissensiones, exordinationes;* cf. inf. 'quod si neque sic correxerit, tunc deiiciatur de ordine praepositurae'.

exornator: Cic. s., Chalcid. in Tim. 129 (non: Tim. 130).

exorsor: App. dogm. Plat. I, 5 Hildebr. *rerumque omnium exorsor* (*γρ.* extortor), nisi uero magis placet Lips. exorditor, aeque incognitum adhuc.

exos: Lucr., Arnob. IV, 8 *si exos genus humanum uelut quidam uermiculi nasceremur.* Cf. alia uocabula Lucretiana apud eundem, ut sunt circumcaesura, formatura, augmen, momen, uermina, um, formamentum, differitas, maximitas, pestilitas (Arn. VII, 43), auersabilis, genitabilis, insensilis (s. u.), morbidus q. morbifer (Arn. VII, 17 odores), propritim (ap. Arn. propriatim scrib.), nominitare (Arn. VII, 46).

expalmare: Aug. in ps. 56, 13 *colaphis percussum, expalmatum manibus*, gloss. gr. lat. '*ῥαπίζω* expalmo, alapo', gl. Isid. et Thes. nou. lat.

expansio: Hier. in Ezech. V ad 16, 27 *manus Dei*, Hier. (?) in Iob 15 *in elatione siue expansione manus*, Arn. iun. in ps. 35 (r. Gg.), Coel. Aur.

expensa s.: Dig., Claudian., Quer. II, 4 *quis tantam expensam praestare possit libero?*, ib. sup. *expensas rationesque totas propria perscribit manu.*

expergefactio: Aug. in ps. 3, 5 al., intpr. Iren.

1830 **experimentare** (*expérimenter*) Marc. Emp., Th. Prisc., Pl. Val.: A (et gloss.).

expetenter: Maxim. Taurin. serm. 56 *quam expetenter eius.*

expetitor: Symm., an. in Iob I p. 25 *non erant ita auri expetitores, sicut sumus omnes nos*; — expetitio Arn. V, 28 cod.

expiabilis: Iul. Val. (?), Rufin. Orig. in Leuit. h. 8, 5.

expiator: Tert., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 108 *libidinum.*

expiatus, u: Tert., [Rufin.] in Oseam II ad 9, 4 *nec de expiatu aliquid sperare culparum*, Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 17 *doloris et internae aegritudinis expiatu.*

expilare: Cic., Sall. Iug. 31, Liu., Sen. dial. VI, 7, 2, Petr. 22 (hab. DV), Dig., — expilatio Cic., App. s., Sulp. Seu. ep. 3, 1.

explanator: Cic., Hier. in Is. VIII ad 27, 1 al., Aug. c. Secundin. 10 *nullo explanatore desiderato*, Rufin. praef. ad Orig. princ. III *absurdum est . . ea, quae . . de*

Deo . . dicuntur . ., sine magistro et explanatore putare aliquem posse se discere al., Arn. iun. in ps. 71.

expletio: Cic. s., Hier. ep. 98, 8 *dictorum potentiam expletione rerum probans*, Vulg., Rufin. Orig. in Rom. V, 8 p. 383 (r. Gg.) *expletio ueterum, non inchoatio nouorum*, princ. III, 6, 1, Aug. serm. 345, 4 (r. Gg.) al., Chalcid. in Tim. 251, Primas. in Hebr. 6 (sup. nr. 54) al.

expletiuus et Diom. I p. 415.

1840 explicabilis: Mela I, 9, Plin., Tert. carn. Chr. 16 *noli constringere explicabilem sensum*, Arn. I, 16, Aug. c. Iulian. V, 3, 10 *siue alio quocunque uel explicabili uel inexplicabili modo*, Boeth. (r. Gg.), all.

exploratiue: Adaman. uit. Col. III, 1 *de his quae . . ex quadam parte sunt manifestatae, hoc est extrinsecus et exploratiue* (adi. non comparet).

expolitor: Aug. in ps. 85, 12 *adducant fabros argentarios, aurifices, expolitores, sculptores, faciant deos.*

*exponere: *pro* deponere (uid. Rönsch It. p. 364 sq., cf. et Bünem. ad Lact., cit. Gg., et Ballerin. ad Zen. II tr. 14, 1) transl. S. S. uet. Eph. ueterem hominem, Tert. opera, non substantiam carnis, Arn. fletum . ., Lact. infantiam, all., propr. Tert. pallium, Ambr. terrenum corpus, Sulp. Seu. uestem, coronam, Dracont. carm. VII, 73 Duhn *ut uacat expositis post proelia miles ab armis*, atque ita expositio Tert. »pall. 5« indumenti, cf. Th. Prisc. II, 9 (r. Gg.) *uentris expositione compescitur* (leuis uentris dolor), id. II, 10 *expositis scybalis;* — al. exponere i. expla-

nare e. c. Hier. in Ez. XI ad 37, 1 sqq. *quod istum locum aliter exponentes resurrectionem negare uideamur.*

*expositio *i.* explanatio: Hier. in Ezech. h. 13, 3 *difficilis est huius loci expositio*, in Mich. I ad 1, 10 sqq. al., Vulg. Sap., Rufin. Orig. in Rom. IV, 5 p. 267 L. al., Cassiod.

expositor: Quint. decl. (min.), Firm. m., Aug. c. Petil. II, 14 prophetarum, serm. 32, 18 et 85, 1 et 128, 8 (r. Gg.) et al., Eust. Hexaem. I, 2, Arn. iun. in ps. 105 *ita liquet psalmus hic in historia, ut penitus et expositor necessarius non sit*, Cassiod.

*expresse q. diserte ac plane: Amm. XIX, 12, 4 *supplicationibus expresse conceptis*, Ambros. de Noe 34, 126 (genus terrae) *arenosum et puluerulentum, imo, ut expressius dicam, puluis* al., Aug. in ps. 49, 9 (r. Gg.), *Matthias est expresse nominatus in Actt. Apost.* al., Rufin. apol. I, 5 s. f., Cod. Iust.

*expressio: *abus.* q. ἐνάργεια Ambr., Aug. cons. euang. I, 31, 48 *quid contra hanc euidentiam expressionemque rerum et praedictarum et impletarum dici potest?*, Acr. ad Hor. AP 320 (r. Gg.) *quod fabula opportunitate personarum inductarum et expressione morum . . placet;* — al. meton. exempla sunt Hier. ep. 125, 6 *uuarum expressionibus*, Cass. Fel. 16 p. 23 *myrobaloni piesmatos id est expressionis.*

expressor: Tert. (ueritatis), Auien. (stili), Aug. in ps. 54, 22 *unde dicuntur et in arte argentaria exclusores, id est ex quadam confusione massae formae expressores.*

exprobrabilis: pass. Vulg., Euagr. sent. ad uirg. p. 1185 *exprobrabilem uitam*, p. 1188 *ut non exprobrabilis fias* al., Ven. Fort.

1850 *exprobrare aliquem: Euagr. sent. ad uirg. p. 1188 *non exprobrabis sororem tuam edentem, et in abstinentia tua non exalteris.*

exprobrator: Sen. rh. (l. r. Gg.), L. Sen., Ambr. in Luc. VIII, 72 (misericordiae), Prosp. exp. in Ps. 118 ad u. 42 (r. Gg.) *etsi ipsi exprobratores non uerbum exprobrent, quod eos latet.*

*expugnare *transl.*: Tert. adu. Val. 4 *ad expugnandam conuersus ueritatem*, cf. apol. 24, Lact., Hier. in Gal. I ad 1, 4 *tradidit se sapientia, ut insipientiam expugnaret*, id. uir. ill. 1 *ad expugnandum Simonem magum Romam pergit*, Coel. Aur. ac. I, 8, 56 *eos qui . . dixerunt, ita expugnamus* i. refellimus, atque ita *expugnabilis q. refutabilis id. t. III, 8, 125 *sunt haec omnia* (Erasistrati . . argumenta) *facile expugnabilia* et 130 (locos r. Gg.).

expulsio: Cic. aliq., Lact. inst. V, 6 *iustitiae*, Eges. B. Iud. IV, 30, 31, Rufin. Orig. in Leuit. h. 8 s. f., Aug. in Ioann. tr. 52, 6 *hanc a suis redemptis diaboli expulsionem* al.

expultrix: Cic. s. (atque inde App. mund. et Lact.: Gg.), Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 71 *quorum scelerum uim non solum expultricem innocentiae naturalis, uerum etiam deinceps per totam uitam in uitia uniuersa coactricem.*

expunctrix: Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 37 *haec augusta uirtus, expunctrix uniuscuiusque meritorum*

al.; — *expunctor* ta id. ib. I, 122, [Rufin.] in Am. I ad 5, 1 sq. *o Israel, quis sit meritorum tuorum expunctor, inspicito*, cf. ib. ad u. 9 'ille, qui est uniuersorum creator, merita quaeque pergit expungere'.

expurgatio: Plaut., Rufin. Orig. in Leu. h. 8, 10 *in expurgatione peccatorum,* Aug. c. Iul. I, 5, 15, Oros. err. Priscill. et Origenist. 3 *fideli pristinorum expurgatione.*

expurgatus **adi.**: Rufin. Orig. de princc. I, 1, 7 *si* (mens) *expurgatior et segregatior sit a materia corporali.*

exquisitio: Vulg. Sap., al. Arn. iun. in ps. 103 *agant sibi philosophi infructuosas exquisitiones*, Cassiod. in ps. 23, 3 *figura exetasmos, id est exquisitio*, id. in 130, 4 *in istis exquisitionibus prauis et infelici doctrina turgentibus exaltari non decet animam*, Diom. (Gg.), al. Cod. Iust.

exsalare: Marc. Emp. p. 381 E *butyri exsalati*, 404 D i. expertem salis facere, quod genus significationis in uerborum cum 'ex' compositione cum alias comparet, tum ap. recc. in examurcare, excarnatus Zen. I tr. 12, 8, effaecatus, egranatus Pl. Val., exhonorare (nr. 1807), eluminare, exodoratus, exungulare.

1860 **exsanguescere:** Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 14 (mens humana) *obruitur grandine timoris et doloris procellis, atque ad omnia exsanguescens dubia compos sui non sinitur manere consilii.*

exscreatio: Plin., Cass. Fel. 33 in. *tussis . . cum abundanti exscreatione aut humectatione*, 39 p. 86, Cassian.

exsculptio: Aug. in Ioann. tr. 1, 9 *cum . . fabricam illam ad exsculptionem perfectionemque perduxeris.*

exsecrabilitas: App., Cassian. Inc. VII, 18 dicti, Arn. iun. in ps. 81.

exsecrabiliter: App. »M. II, 2« (codd., uix recte), an. in Iob II p. 160 *cum istis nefandis doloribus exsecrabiliter scateret*, »Nou. Anthem. 1, 3«, comp. Aug.

exsecrator: Tert., Hier. (?) in ps. 134 *arborem infructuosam habent secum exsecratores Dei*, Aug.

exsecratus, us: [Rufin.] Comm. in Ioel ad 2, u. 15-17 *ne hos . . nunc profanis nationibus exsecratui fieri despectuique patiaris.*

exsectio: Cic., Arn, Aug. ench. 89, al. Chalcid. in Tim. 244 'qui . . artus humani corporis facta membrorum exsectione rimati sunt', ib. inf.

exsecutorius: Aug. c. Petil. III, 25, 29 *quidquid uel iudiciaria uel exsecutoria potestate . . fecerunt.*

exsecutrix: Gelas. ep. 13 *etiamsi nulla synodus praecessisset, cuius apostolica sedes recte fieret exsecutrix*, et id. al. (exsecutor pA).

1870 exsensus adi.: Laeu. ap. Gell., Greg. Tur. hist. Franc. IV, 39 et saep, exsens*is* Thes. nou. lat. p. 196.

exsequenter Mar. Vict.: A.

exsistentia: Mar. Vict. gener. diu. uerbi 2, ib. 8 (qs l. cit. et DV), 13 al., id. adu. Ar. I, 53, III, 8 et passim, id. in Ep. ad Philipp. 2, 6 sqq., Candid. Arian. generat. diu. 1, 2 (inf. 1874), Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 8 *munus dicit piorum exsistentiam filiorum* (resp. Aug. nuptt. et concup. II, 25: munus piorum propagatio

est fecunda filiorum) al., Cl. Mam. an. III, 10, 2 *non ex rerum scientia est creatoris scientia, sed exsistentia rerum ex notitia creatoris*, Chalcid. in Tim. 283 *praesumpta eorum exsistentia contemplatione possibilitatis*, Cassiod. Var. I, 10, Ferrand. ep. ad Anatol. 4 *caro Christi . . a Maria causam nouae exsistentiae naturaliter adsecuta.*

exsistentialis: Mar. Vict. adu. Ar. III, 18, Cand. Arian. gen. diu. 2 potentia exsistentiali (DV), Cassiod. (Epiph.) hist. trip. »V, 39«; *exsistentialiter* Mar. Vict. adu. Ar. I, 50 *non ut Pater inexsistentialiter unum, qui est secundum potentiam exsistentialiter unum*, III, 15 (qm l. et DV).

exsistentialitas: Mar. Vict. gen. diu. uerbi 7, adu. Ar. I, 29, 30, III, 7, Cand. Ar. gen. diu. 1 *nulla neque substantia neque substantialitas, . . neque exsistentia neque exsistentialitas . . ante Deum esse fuit*, ib. 2 (et DV) *exsistentia iam in eo est, ut sit iam esse ei, at uero exsistentialitas potentia est, ut possit esse quod nondum est*, ib. 3.

1875* **exsolanus:** Thes. nou. lat. p. 201.

*exsors q. eximius, extraordinarius: Verg. »Aen. V, 534«, Hier. adu. Lucif. 9 *cui* (summo sacerdoti) *si non exsors quaedam et ab omnibus eminens detur potestas, tot in ecclesia efficientur schismata, quot sacerdotes.*

exspargere (cf. sup. 971): Lucr., Dynamid. II, 100 (radix asphodeli) *combusta alopecias exspargit* (spargere tumores ib. 90, discutere impetigines ib. 91).

exspiratio: Cic. s., Hier. ep. 108, 28 animae, Coel. Aur. t. I, 1, 14 stercorum.

exspoliatio: S. S. Col. 2, 11 ap. Cypr. testim. I, 8 (it. Vulg.), Hier. adu. Iouin. I, 38 *circumcisione manufacta in exspoliationem corporis carnis* al., Rufin. Orig. in Rom. X, 8, Aug. serm. 231, 2 al., Primas. in Ep. ad Gal. ad c. 5 *membri*, Isid. quu. in Leuit. 17, 3 et al., — *exspoliator* Ambr. in Rom. ad 7, 24, Eges., Ps. Aug. (r. Gg.), Salu.

*exspoliatus *q.* excoriatus: Coel. Aur. t. II, 13, 176 (amygdalae).

1879* exspuitio: Plin., intpr. Orig. in Matth. 113 *quia non sustineret exspuitionis opprobrium.*

1880 exstantia: Col., Coel. Aur. tard. I, 5, 152 *uenarum* al., id. sign. diaet. pass. 109, Cass. Fel. 75 p. 179 *subalbidam et laxam exstantiam*, ib. p. 180 *inflationis*, 77 p. 187 *thoracis*, 7 p. 14 *ionthi paruulas exstantias ostendentes*, 17 p. 24 al., Muscio gynaec. II, 82 al., **al.* i. exsistentia, substantia Vigil. Taps. unit. Trinit. 8 *ad exstantiam filii potestas paterna non sufficit?*, id. c. Eutyph. I, 5 *exstantiam sui per sui abolitionem amittens.*

exstinctor: Cic., Iustin., Lact. inst. III, 18, Aug. Ciu. D. XVI, 4 al., Ennod. apol. synod. p. 336.

exstinguibilis: Lact., Rufin. Orig. in Iud. h. 1, 1, Aug. serm. 117, 9.

exstirpator: Aug. in Ioann. Epist. ad Parthos tr. 2, 8 *exstirpatorem siluae*, it. in ps. 95, 6, Reg. Bened. 31 *neque prodigus sit aut exstirpator substantiae monasterii*, — *exstirpatrix* Caesarii Reg. ad uirgines recapit. 20 *neque*

prodiga sit exstirpatrix substantiae monasterii, sed omnia mensurate faciat; — exstirpatio Colum.

exstrangulare Hier. (?) in Iob: A p. 12*.

exstructe: Tert. cult. fem. II, 11 *quae uobis causae extructius* (cod. Agob., et ita edd. Rig., Oehl.) *prodeundi . .?*

exsudatio: Coel. Aur., Cass. Fel. 39 (fluor sanguinis) *secundum esudationem uenarum.*

exsufflatio: Hier. in Malach. 1, 10 sqq. *exsufflastis uestra sacrificia, id est exsufflatione mea digna fecistis*, Aug. c. sec. resp. Iul. III, 182 *parate uos in facies uestras easdem exsufflationes dignissime excipere, quae in ecclesia . . et maioribus adhibentur et paruulis; talibus quippe exsufflationibus exsufflandi estis, qualibus . .*, ib. 199 *in paruulorum mundatione et exsufflatione*, Coelestin. pap. ep. 21, 12, Gennad. eccles. dogm. 31 *non prius fontem uitae adeant, quam exorcismis et exsufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur;* — *exsufflare* S. S., Tert. (aras despuet et exsufflabit), Hier. l. l., Aug. (infantes, al.), Sulp. Seu. (uerbum parum latinum esse confessus), all. eccl., Coel. Aur., Pelag. Cf. 2919 sq.

exsufflator: Aug. in Ioann. tract. 11, 13 *aduersus exsufflatores Christi, aduersus blasphematores baptismi.*

exsuffocare intpr. Orig. in Matth.: A p. 12*.

1890 **exsulanus:** Thes. nou. lat. p. 191.

*exsulare trans.: Hyg. f. 26 *tunc iterum exsulatur* (Medea, — h. e. Athenis eicitur, ut antea Corintho), Lact., Dict. ephem. V (non IV), 4, Fulg. m., Vict. Vit. pers.

Vand. II, 5 *fratrem exsulauit* (cf. Muncker »ad Hyg. l. l.« et ad Fulg. m. III, 6); — hinc est *exsulator* Petr. Chrys. s. 123 (et DV) 'Dominus primi hominis i. e. contumacis serui exsulator'.

exsultant*er*: Cypr. ep. 60 (non 61), *fidei ac uirtutis uestrae testimonia gloriosa . . sic exultanter accepimus ut* . ., 51, 1 (r. Gg.), comp. Plin. ep.

exsultatio: Cic. har. resp., Liu., pA, *freq.* eccl., ut e. c. Hier. in Is. XVIII ad 65, 13 sq. *prae exsultatione cordis*, XVII ad 60, 15 sq. al., Rufin. h. eccl. X, 35 al., [Rufin.] in Os. I ad 1, 10 sq. al., an. in Iob I p. 78 al., Sulp. Seu. ep. 3, 19 *sancta de illius gloria* al.

exsultatiuus: Cassiod. in ps. 37 diuis. *post haec prouenit, quae semper poenitentibus datur, exsultatiua conclusio.*

exsurrectio: Vulg. Esdr., Cass. Fel. 72 *exsurrectio sine ratione et pulsus inaequalis.*

extaediari: anon. in Iob III p. 232 *loquebatur . . quasi extaediatus et molestiam passus atque anxius pro uehementioribus passionibus;* — taediari S. S. uers. ant., intpr. Iren. (locos Rönsch p. 158), intpr. Orig. in Matth. 90 (act. taediare Lampr., part. taedians Tert., Ambr., Veg. uet.)

extensio: locis ap. Gg. add. Hier. ep. 36, 16 manuum, in Abac. I ad 2, 5 sqq. colli al., [Rufin.] in Os. III ad 13, 14 sq. finium, Aug. in Iob 7 al., Coel. Aur. et sign. diaet. pass. 101.

*extensus (de uocali): Hier. nom. loc. hebr. p. 134 *Ar* . ., *quod a LXX interpretibus per extensam uocalem*

Er (*Ἥρ*) *dicitur*, p. 255 *hucusque per o breuem literam legimus*, *exin per extensum elementum* (*ω*) al. (ut id. extensio »in Tit. 3, 9«).

extergifacium: Thes. nou. lat. p. 201.

1900 **exterminabilis:** Cassiod. (Epiph.) hist. trip. IX, 15 *et non uaniloquia et exterminabiles quaestiones ab isto audire patiamini clericos uestros aut plebem;* — *inexterminabilis* S. S. Sap. 2, 23 'quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem', Aug. pecc. orig. 4 al., »Claud. Mam. an.«

exterminatio trnsl.: Ps. Soran. quu. med. 200 (phrenesis est . .) *cum mentis exterminatione et . . cum impedimento uel defectu intelligentiae*, al. (prope i. q. *extermination*) S. S. (Rönsch p. 74), Aug. enchir. 14 *nihil est aliud corruptio quam boni exterminatio*, an. in Iob I p. 85 (noli temet ipsum seducere, o Iob, . .) *non ex hominibus est circumuentio, sed ex Deo est ista exterminatio*, Cassian. Coll. IV, 6 *gentium*, auct. de S. Hel. 6 *Graecia ad exterminationem redacta fere fuit;* ita et exterminator S. S. Apoc. (*Ἀπολλύων*) et 1 Cor. (et Vulg.), Hier. adu. Helu. 10 *qui tunc* (Exod. 12, 29) *ab exterminatore fuerant interempti* al., Aug., item

exterminium: S. S. et Barn. ep. (Rönsch p. 29), Tert. (exterminii ciuitatis Hierusalem i. e. uastationis eius), al. Aug. conf. II, 4, 9 (r. Gg.) *turpis anima et dissiliens a firmamento tuo in exterminium.*

extimare (extimus): Tert. cor. 5 *gustum in ore conclusit*, . . *contactum in manibus extimauit* (cf. Z. f. vgl. Spchf. N. F. VI p. 272, n. 47), atque inde

extimatio: Tert. cult. fem. II, 9 *nos destinati a Deo ante mundum in extimatione temporali* (cf. poenit. 2 *quam* — gratiam — *in extremitatibus temporum per spiritum suum uniuerso orbi illuminaturus esset*).

extollentia: Vulg. Sirac., Cypr., Hier. (?) in ps. 67 *summitatem extollentiae eorum, qui perdurant in peccatis*, intpr. Iren., uers. uet. Ignat. ep. ad Trall 7 *inflatilem . . extollentiam*, Arn. iun. in ps. 146 *in sua extollentia gloriari*, Martin. Dum. form. hon. uit. 7 *in quascunque extollentias dictorum et actorum . . festinam.*

*extraneus *transl.*: intpr. Orig. in Matth. 33 *omne uerbum, quod a ueritate extraneum est.*

extraordinarie: Hier. in Eph. I, ad 2, 13 *ut eum semper, quem diligebat, etiam superflue et extraordinarie nominaret*, al. in Naum 3, 8 sqq. *porro quod praetermisimus 'et non est finis fugae tuae' uidetur extraordinarie* (h. e. extra ordinem sermonis, per hyperbaton) *in alieno loco insertum* al.

exuberantia: Gell. lemm., Cassian. Coll. XXIV, 13 *quaestum, ex quo mihi . ., quod ad sustentationem senectutis accresceret, quotidiana exuberantia conferebat*, II, 23 al., Salu. gub. D. VI, 190, Laurent. hom. 2 *rerum.*

exuberatio: Th. Prisc. (l. r. Gg.), auct. Zacch. et Apoll. consult. I, 35 *ut in comessationem exuberatio* (gaudiorum) *uertatur*, Boeth. arithm. I, 29, Adaman. locc. sanct. I, 1 *continuatim fluminalis exuberatio cessat.*

1910 **Fabricabilis:** Aug. Gen. ad lit. op. impf. 4, 15 *ut Spiritum operantem, aquam uero unde operaretur intelle-*

gamus, *id est materiam fabricabilem*, et inf. *materia informis*, *materia fabricabilis*, gl. Philox. ἐργάσιμος.

fabricamentum: Primas. in Ep. ad Hebr. c. 5 *quasi fabricamenta.*

fabricatorius: Aug. Ciu. D. XII, 25 *si potentiam suam*, *ut ita dicam*, *fabricatoriam rebus subtrahat* (Deus), id. de Gen. ad lit. op. impf. 4, 16.

fabricatrix: Lact., Aug. c. Secundin. 15 *temporalis pulchritudo . . insinuat . . Dei sapientiam . . fabricatricem ac moderatricem suam*, Cl. Mam. epist. ad Sapaud.

fabrilitas: Eustath. Hexaem. I, 7 *in artibus factricibus . . manifestum est opus earum*, *sicut fabrilitatis et architecturae et texturae.*

fabulose: Col. IX, 2, 2 *quae Hyginus fabulose tradita de originibus apum non intermisit*, Petr., Plin., Amm.

fabulositas: Plin., al. intpr. Orig. in Matth. 46 *secundum Marcionis doctrinam . . aut Basilidis longam fabulositatem* (cf. 'Iudaicas fabulas, quas illi δευτερώσεις appellant' Hier. in Ez. XI ad 36, 1 sqq. et sim. apud eum).

1916* **facia** Anecd. Helu.: A (r. Gg.).

facinorose: Aug. quu. 76, 1 *etiamsi . . facinorose flagitioseque uiuerent*, *saluos se esse posse per fidem*, c. sec. resp. Iul. V, 64; adi. Cic., pstt.

1917* facticius *spec.*: Charis. I p. 59 K. *facticia dicuntur* (uocabula), *quae non ex se*, *sed ex aliis nascuntur; uitale*

enim a uita . . deriuatum est, Martyr. ap. Cassiod., al. Prisc.

*factor *gener.* (siue cuiusuis rei quilibet siue rerum uniuersarum Deus): Tert. adu Hermog. 20 *factor id et Deus, et facta id est omnia* al., Dig., Lact. (inst. IX, 1 al.), Pall. (doliorum), Hier. in Eccl. 11 p. 482 *Dei, qui factor est omnium,* ep. 98, 18 et saep., Vulg., Rufin. Orig. princ. I, 8, 1 al., [Rufin.] in Am. I ad 5, 1 sq. *elementorum,* anon. in Iob I p. 7 *boni factores et perfecti*, p. 61 *omnium horum* (malorum), Aug. c. Iul. I, 5, 17 *ut* (corpus) *domus sui factoris esse mereretur* al., Salu., gub. D. IV, 110, Cl. Mam. an. I, 11, Coripp.

factrix Eust. Hex. I, 7: sup. 1914.

1920 factura: abstr. Plin., Hier. Did. spir. sanct. 13 *dicentes in eo, quod omnia per Verbum a Deo facta sunt, etiam significari Spiritus Sancti facturam*, an. in Iob I p. 5 *de factura coeli* al.; meton. Gell., i. creatura Tert. adu. Marc. V, 17 *homo factura creatoris est* al., Hier. ep. 98, 14 al., Vulg., Rufin. Orig. in Gen. h. 1, 12 *magna ista Dei factura homo* al., Phoebad. Fil. diu. 3, Prud., intpr. Iren.

falsator: Hier., Aug. serm. 84, 1 (r. Gg.) *inueni te falsatorem,* id. c. Faust. XVI, 8.

falsitas: Arn. I, 56, ib. 57 al., Lact., Amm., Hier. in Ezech. IV ad 13, 17 sqq. *falsitate dogmatum suorum*, adu. Rufin. II, 18 et saep., Rufin. Orig. in Iesu N. hom. 5, 2 al., [Rufin.] in Os. II ad 8, 11 sqq., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 16, IV, 47 al., an. in Iob II p. 137, intpr. Orig. in Mtth. 33, Macr., Coel. Aur., Salu. gnb. D. IV,

109, 123, ep. 9, Cl. Mam. an. I, 3, II, 1 et 9, 1, III, 15 al., Isid., omnino freq. eccl. postt.

falsor: auct. Zacch. et Apoll. consult. III, 8 (sup. nr. 343).

famelicare: Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 10 *non famelicas, sed reficis.* Cf. lubric-are (delubricare), musicari, publicare, rusticari, uaricare, et Z. f. vgl. Spchf. N. F. VI p. 272 n. 48.

famen: Isid. ord. creat. 2, 2 *mystico famine*, »Ven. Fort.«, Aldh. carm. de uirg. 931 *si fingam famina falsa*, 675 *diserto famine fretus*, 729, 738 al., inscr., gl. Labb. *φάτις, βάξις.*

famescere: Alc. Auit., Ps. Aug. ad fratrr. erem. 27 *peccator semper famescit.*

famidus: Ps. Hier. ad quend. in seculo poenit. 1 *canis famidus*, Drepan. Vulfino uers. 41 *ceu si quis . . famido gratas uertat ab ore dapes**).

---

*) Adiectiuorum -idus terminatorum exempla in promptu habemus haec (omissis quibusdam dubiis): *abhorride.* acidus Plaut., all. aemidus pr (gl. tumidus). albidus Vitr., Ou., pA. algidus pr, Ctll., recc. aridus. auidus. *aulidus.* calidus (caldus). 10 callidus. candidus. crudus. cupidus. dilabidus Plin. dilucidus. *dolidus.* egelidus p, pA. eiuncidus Varr., Plin. *elanguidus.* 20 *elucidus* Cypr. ep. 44, 1. eualidus Cic. p., Plin. euanidus Vitr., Ou., pA. exalbidus Plin. expallidus Suet. *expauidus* Gell. *exsucidus* (exsucare) Tert. extumidus Varr. *famidus* (*famescere*). feruidus. 30 flaccidus Lucr., pA. *flammidus* App. flauidus Plin. floridus. fluidus p, Liu., pA, fluuidus p, Sen. foetidus. fordus Varr., Fest. epit. p. 83 M., Ou., Col. formidus (formus *θερμός*) Cato ap. Fest. ep. fracidus pr. 40 frigidus. fulgidus p, recc. *fuluidus.* fumidus p, Plin. *fungidus* gl. gelidus. grauidus (grauescere). *heluidus* s. *elbidus*

famigerabilis: Varr. (?), App. Met. quater (e. c. X, 17), Zen. II tr. 74 *rem omni uirtutum exemplo famigerabilem*, 15, 1.

Isid. herbidus Varr., all. hispidus p, Plin. 50 horridus. humidus. *imbridus. immadidus* (immadescere). in-callidus. in-cupidus pr. in-lepidus pr, Plin. min., recc. in-pauidus p, pA. in-placidus p. *in-sipidus.* 60 in-solidus Ou. *insubidus. in-sucidus.* in-trepidus Ou., Liu., all. in-turbidus Tac. in-ualidus Ou., Liu., all. labidus (labi) Vitr. languidus. laridus pr, recc., lardum Ou., pA. lepidus (cf. 3, 12, 49, 68, 70, 74, 88, 151, 177, 182). 70 limpidus p, Vitr., pA. liquidus. liuidus p, pA. lucidus et Cic. (adu.). luridus p, pA. madidus. marcidus p, Vitr., pA. *micidus.* morbidus Lucr., Varr., all. mucidus pr, pA. 80 murcidus pr, recc. *muscidus. ninguidus.* nitidus. *nubidus. obluridus.* obstupidus pr. olidus p, pA. paedidus pr. pallidus Varr., p, pA. pauidus p, Liu, pA. 91 per-aridus pr, Col. *per-calidus.* percandidus Cels. per-crudus Vitr. per-cupidus. per-frigidus. per-horridus Liu. per-lepide pr. *per-lippidus.* 100 per-liquidus Cels. perlucidus. per-pallidus Cels. *per-tepidus.* per-translucidus Plin. *per-turbidus. per-ualidus.* placidus. prae-calidus Tac. prae-cupidus Suet. 110 prae-feruidus pr, Liu., pA. prae-frigidus p, pA. *prae-fulgidus.* prae-grauidus Stat. (?). prae-lucidus Plin. *prae-rancidus* ap. Gell. prae-rapidus Liu., pA. *prae-rigidus. prae-solidus. prae-stupidus.* 120 *prae-timidus.* prae-torridus Calp. prae-trepidus pA. *prae-tumidus.* prae-ualidus p, Liu., pA. *protumidus* (*protumere) App. putidus. putridus. rabidus Ad Her., p, pA. rancidus p, pA (cf. 165). 130 rapidus. *raucid(ulus* Hier.). rauidus Col. retorridus Varr., pA. rigidus. roridus Prop., App. roscidus Varr., p, pA u. rosidus p. rubidus pr, Suet. *sapidus.* 140 *scabidus. scabridus. semi-aridus.* semi-crudus Col. semi-madidus Col. *semi-trepidus* App. solidus. sordidus. splendidus. *spumidus* App. 150 squalidus. stolidus et Cic. stupidus. *suauidus. subidus.* sub-acidus pr, Plin. sub-albidus pA. sub-candidus Plin. sub-crudus Cato, Cels. *sub-frigidus.* 160 *sub-horridus.* sub-humidus Cels. sub-liuidus Cels. *sub-lucidus.* sub-pallidus Cels. sub-rancidus. *sub-tabidus.* sucidus (sugere) Plaut., all. sudus (se-udus) et Cic. tabidus p, Liu., pA. 170 tepidus Varr., p, pA. timidus. torpidus Liu., recc. torridus. *toruidus.* translucidus pA. *tremidus.* trepidus Sall., p, Liu., all. tumidus. turbidus. 180 turgidus. ualidus. uapidus pA. uepallidus Hor. *uigidus. uiridus. uiscidus.* uiuidus p, Liu., pA. uuidus Plaut., all., contr. udus p, Vitr., pA; — 188 uoces, quarum apud

familiola: Hier., Adaman. uit. Col. II, 25.

1930 famulare: intr. i. famulari Stat. Silu. III, 1, 40 *nec famulare timens*, Diom., *trans.* Tert.

famulatio: Hier. (?) de cereo pasch. 3, Petr. Chrysol. s. 114 *melior est deuota famulatio quam uaga et praesumpta libertas*, Cassiod. in ps. 73, 14 *cum eos a diaboli famulatione diuiserit*, id. Var. IX, 24 et XI, 37 (r. Gg.)

farinatus: Hier. nom. hebr. p. 8.

fascinator: Hier. in Gal. I ad 3, 1, unde Primas. in eund. l., gl., — fascinatio Plin., Gell., Vulg. Sap., Aug. (locos r. Gg.), an. in Iob III p. 220 *non fascinationes praeualent quicquam, sed hominum incontinentia.*

fasciolare: Cass. Fel. 67 p. 164 *cataplasmabis et fasciolabis*, ut fasciare id. 34 *molli lana loca tutabis et fasciabis*, it. 38 p. 85 et saep., quod uerbum habent Mart. (part. pf.), Capit. (-ri), Vulg. Ez. (it.).

fastidiositas: Thes. nou. lat. p. 233; ib. p. 245 **fastuositas.**

fastigiare: Sen. contr. I, 6, 4 *fastigiatis supra tectis auro puro fulgens praelucet Capitolium*, Plin. XIX, 24, 70 Detl. *cucurbita omni modo fastigiatur* et XVIII, 10, 52

Ciceronem inueniuntur (diductis literis conspicuae) 44, in pr censenda uidentur 12, recc. sunt 48 (plus 1/4); — praepositionata sunt 62 (prae- 17, per- 15, sub- 12, in- priu. 11); denominatiua, ut uidentur, 18 (recc. 12), ab adi. 9 (ut 80, 42 . .), totidem a subst. (ut 48, 52 . .); originationis incognitae 11 (ad 69); cetera (praepositionatorum quoque longe maior pars) deriuata a uerbis, in his 18 a uerbis praepositionatis, ut 85, 133, 175 . .

(r. Gg.; al. tamen fastigare, ut XXIV, 118, 178), Mart. Cap. »IX, 944« fastigiatur Kopp., Eyssh., Isid. (add. Gg.).

*fatidicus *pass.*: Coripp. Ioann. V, 164 *fatidicum dum quaerit iter,* ut ueridicus Plin.

fatigator: Aug. serm. 48, 6 ex. *tenete me debitorem, ne diu habeatis fatigatorem, sed pro uiribus meis adiutorem.*

fatua*tus*: Hier. ep. 51, 6 *nec contemnunt res fatuatas;* fatuari dep. Sen.

1940 **fatuitare:** Arn. I, 65 *in suis erroribus fatuitantem relinquite uolutari.*

fauillatim Verecund.: A p. 13*.

Faunigena: Ouid. Met. XIV, 449 *Faunigenaeque domo potitur nataque Latini*, Sil.

fauorabilis: Sen. rh. exc. contr. III, 1, 3, Vell., cett.

fauorare: Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 5 *fauoratus a sancto . . episcopo Valerio*, serm. 4, serm. 21.

fauorosus: Thes. nou. lat. p. 224.

fecundare: Verg. Georg. »IV, 291« dub., Sil. »XIV, 130«: et Cereri placitos fecundat sanguine campos, Stat. Theb. IV, 751, Solin. 7, 4, Vopisc., Claud., Hier. adu. Iouin. I, 30, [Rufin.] in Os. III ad 14, 9 fecundare steriles, Aug., S. Ruf. 20, Pall., Sidon. ep. VII, 15 *uere propriam terram fecundabitis, si ecclesiam plus colatis*, IX, 7, Arat. actt. II, 866 *Dominus plantaria uestra fecundare ualet*, all.

fecundator: Iul. ap. Aug. c. Iul. VI, 8, 23 *fecundatorem mulierum*, it. c. sec. resp. Iul. I, 66.

feliculus (felix): Tert. adu. Valent. 7.

fellineus: Coel. Aur. tard. IV, 7, 92 (r. Gg.), Verecund. in cant. Deuteron. 32 *haereses uniuersae botrum unum amaritudinis faciunt coeuntibus in se uuis fellineo liquore uexatis* pro felleus, cf. eboreus, eburnus, eburneus, — siliceus, *silicineus*, — uiteus, *uitineus*, h. g. alia.

1950 *fellitus*: locis lexx. add. Cass. Fel. 48 egestio, 42 p. 96 al.

feminilis: Pompei. comm. p. 165 K. *feminile sedile monile.*

1951* *femoralis* Hier. (?) uer. circumcis. 19 *gladius femoralis*, ib. 22; de femoralia plur. s. uid. lexx.

feneratio: et recc., ut Lact. inst. VI, 12, Lucif.

fenestrare: Varr., Vitr. part. pf., Plin., Ven. uit. Alb. 20 *cuius uirtute potuisset paries fenestrari.*

fenoreus: Thes. nou. lat. p. 233.

fenŭgraecum: Th. Prisc. II, 9 *succus fenograeci*, II chr. 12 al., Pl. Val. I, 18 *cum fenugraeco . ., item fenugraecum,* 58 al., Coel. Aur. ac. III, 3, 16 et 8, 78 *fenugraeci* (semen), sed id. t. II, 14, 203 feni graeci, ut fenum graecum (*τῆλις*) Cat., Cels., all.

fēralis: saep. non est pr. q. funebris (ut est Fĕralia Ou. Fast.), sed q. *θηριώδης*, crudelis, immanis, apud recc. u. c. Hier. (?) ad am. aegr. I, 8 *ferales ac barbaras*

uoluptates al., intpr. Orig in Matth. 82 *de hominibus feralibus et ualde malis*, ib. 14 *cum . . ferali audacia*, Oros. »arb. lib. 30«: quid hac praesumptione feralius?, id. hist. VII, 21 *ad persequendos christianos feralia edicta.*

fermentatio: Tert. adu. Marc. IV, 30 (fermento comparauit illud — i. e. regnum Dei —, non azymis, quae familiariora sunt creatori . .) *fermentationem quoque congruere dicens regno creatoris, quia . . furnus gehennae sequatur*, Liberat. Breuiar. causae Nestorian. 8 *fermentationem aut commixtionem naturarum*, Rustic. c. Aceph. p. 1203.

fermentatrix: Spicil. Solesm. III p. 451.

feruenter: Cael. ap. Cic. ep., Aug. in ps. 65, 24 *multi . . in nouitate suae conuersionis feruenter orant, postea languide, postea frigide* al., comp. Aug., sup. Cael. ap. Cic.

1960 *feruere praegn. *c. inf.*: Claud., Arat. actt. II, 96 *obscuris radios infundere feruens mentibus*, quemadmodum e. c. calere Tert. scorp. 1 *calentes et ipsi offendere, figere, accidere*, ardere c. inf. Verg. Aen. II, 105 'ardemus scitari et quaerere causas' al., saeuire Ou. Met. I, 200 'manus impia saeuit Romanum exstinguere nomen'.

feruiditas: Thes. nou. lat. p. 222.

feruura: Tert. scorp. 5 *dominus sustentata feruura delicti, donec tempore medicina temperaretur, paulatim remedia composuit, omnes fidei disciplinas*, Muscio gynaec. I, 59 *dolorem qui de feruura uenit*, II, 90 et saepe, gloss. *φλεγμονή*. Cf. Z. f. österr. Gymn. 1875 p. 897.

festinantia: Paulin. Nol. ep. 11, 10 *pascha nostrum, quod expediti ac praecincti . . nec depositis a manu baculis, id est operibus, quibus nitimur, nunquam remissis, cum omni festinantia edere praecipimur, quia 'tempus breue est'*, »actt. S. S. Tarachi et socc. n. 10«.

festinus: int. uett. (praeter Sall. hist. inc. libr. 10) p, — Paneg. s., Amm. s., Hier. ep. 117, 7 *celat festina, quod nolens detexerat* al., Rufin. h. eccl. XI, 5 *quo, mulier infelix, properas tam festina?* et saep., Cod. Theod. VII, 1, 7, XVI, 5, 53, all. postt.

festiualis: Thes. nou. lat. p. 234.

festiuare: Ambr. (Rönsch It. p. 170), intpr. Orig. in Matth. 79 *ut ueniens illuc festiuet cum discipulis suis*, gloss.

*festiuitas *meton.* i. festum: Lampr., Hier. in Is. II ad 3, 3 *Pentecostes celeberrima festiuitas*, reg. Pachom. pr. 7 et saep., Rufin. Orig. in Num. 23, 3 al., [Rufin.] in Os. II ad 9, 5 sq. *festiuitatis dominicae diem* al., an. in Iob I p. 38, intpr. Orig. in Matth. 52 s. f. *est aliqua secundum legem et tubarum festiuitas, neomenia septimi mensis* al., Cod. Th., Salu. gub. D. VI, 184, can. conc. sec. Araus. 1, 25 *qui nobiscum ad praefatam festiuitatem conuenerunt*, Greg. h. Fr. V, 48 *ueniens ad festiuitatem sancti Martini*, V, 6.

festiue: compar. Hier. ep. 31, 2 *festus est dies . . festiuius est solito condiendus.*

fetare trans.: Aug., Isid. in Gen. 29, 17 *a non agnoscente fetatur.*

1970 fetificus: Plin. (IX, 74, 160, non 161) humorem fetificum, Solin. 2, 47 tempus.

fetosus: S. S. uet. 1 Sam., Hier. in Abac. I ad 1, 1 *oues eorum fetosas* (e Ps. 143, 13 Vulg.), adu. Iouin. I, 19 (et al.) *Liam deformem atque fetosam . ., Rachel uero pulchram et diu sterilem*, etiam in Gal. II ad 4, 27 (ed. Vall.) al.

fibulatorium s. S. S. uet.: A p. 13*.

***ficatum** significatione dilatata quoduis iecur, etiam hominis (foie, cf. Diez Roman. Wörterbuch uol. I[3] p. 174): Coel. Aur. signif. diaet. pass. 93 *ex quibus* (sc. signis apprehendis) *eos, quibus ex iecore, hoc est ficato, sanguis proicitur?*

ficitas: Nou. corn., *al.* Cass. Fel. 29 *sycosin, quam nos ficitatem dicimus.*

ficta q. pro fixio = fixura (ital. *fitta*) »dolor acutior, quasi aculeo defixo«: Greg. Tur. miracc. S. Mart. III, 10 *subitaneus* (dolor) *tanquam clauus affligens, atque ita fictam grauissimam dabat*, id. hist. Franc. V, 5, et (cit. Du Cange) uita S. Eligii II, 23.

ficticie: anon. in Iob I p. 15 *iusti . . non plane, sed ficticie;* — adi. Plin., Vlp. frgm. s., Mar. Merc. Nestor. tractatt. c. Pelag. p. 210 M. *ficticiam adumbrat imaginem.*

*fictor trnsl.: Verg. fandi, i. simulator intpr. Matth. 24 *simulatores castitatis et uirginitatis fictores.*

fictorius: Chalc. in Tim. 327 *quod in pictoria et item fictoria* (sc. arte) *fieri uidemus*, Thes. nou. lat. p. 208.

ficulnetum: Thes. nou. lat. p. 231.

1980 fidentia: Cic., Tert. apol. 23 s. f.

fiducialitas: Th. nou. lat. p. 206.

fiducialiter: S. S. (et Vulg.) saep., Ambr., Hier., ut in Gal. I ad 1, 17, intpr. Orig. in Matth. 59 *dominus domus fiducialiter per ianuam quando uult ingreditur in eam*, 40, 133, Aug., Cassian. Coll. II, 13, id. Inc. V, 5 al., Oros. h. VII, 35 *fiducialiter arma corripuit solus sciens se esse non solum*, ib. 2, all. eccl., adi. Oros.

*figere *trnsl.* (q. pangere) pacem cum aliquo: Ampel. 39, 1 *Tatius . . interuentu Sabinarum pacem cum Romulo fixit.*

figuralis: Rufin. in Gen. h. 3, 5 *circumcisionem aurium allegoricam dicitis et figuralem*, in Leuit. h. 1, 4 *sacramentum baptismi sub figurali praedicatione denuntians*, Cassian., — *adu.* Tert., Hier. in Naum 1, 4 *recte in Niniue mundus figuraliter intellegitur* al., Rufin. Orig. in Rom. II, 13 p. 240, in Leuit. h. 2, 2 et saep., intpr. Orig. in Matth. 48, intpr. Iren., Sid., Boeth.

*figurare: *al.* (uerba) Hier. nom. hebr. p. 96 *si femininum nomen figuratur a lilio*, ib. p. 102 *Macedo figuratum nomen ab eo quod hebraice legitur Meccedem* al. (ita figuratio, affigurare Gell.); *al.* figuratus q. fictus, simulatus Hier. adu. Rufin. I, 30 *det unum, quem figurata laude perstrinxerim*, ep. 81, 2 al., schol. Cic.

figuratiuus: Cassiod. Var. et hist. trip., Primas. in Hebr. c. 9 p. 745 *necesse erat talibus sacrificiis typicis*

et aspersionibus figuratiuis, quae uera praefigurabant, in lege uti (qui ita habet figuraticius ib. c. 10 'quatenus a figuraticiis transirent ad ueritatem'), »inc. de serm. Dom. 2, 2 p. 646 t. 13 Migne«.

figuratrix: App. Polem. Physiogn. p. 105 *figuratricem corporis animam esse;* — *figurator* Arn., Ps.-Tert. adu. Marc. I, u. 39 *ipse figurator, renouator corporis ipse.*

figuratus, u: Diom. II p. 446 *paronomasia . ., cum praecedenti nomini aut uerbum aut nomen annectitur ex eodem figuratu, ut fugam fugit* cett. (r. Gg.).

filare (*filer*): Arn. iun. confl. II, 22 *lana cum netur aut filatur*, Venant., gloss.

1990 **filialitas** Candid. Arian.: A (cf. 1184).

filiatio: Mar. Vict. adu. Ar. I, 24, Mar. Merc. Nestor. serm. 11, 2 *filiationis unitatem seruamus in deitatis humanitatisque natura*, serm. 2 aliq. al., Cassiod. hist. trip., Primas. in Hebr. ad 7 al.

filietas: Mar. Vict. gener. diu. uerbi 30 al., Hier. (filieitatem), Mar. Merc. Cyrill. apol. adu. Theodoret. p. 976 M. *filietatis ὁμωνυμίᾳ honoratum*, p. 980 C, id. Cyr. incarn. unig. 13, Cassiod. h. tr.

finalitas = terminatio (uocabuli) Seru., Eutych., »gramm. inc. p. 129 et 159 Endl.«, Aldh. Septen. p. 223 *ad ostendendam primae declinationis in ablatiuo finalitatem, ubi semper a producitur;* idem sonans *extremitas Gell., Diom. I p. 330, Phoc. p. 421 K *unum femininum hac extremitate* (-ox) . . *haec celox*, Prisc.

finaliter: Ven. Fort. uita Maurilii 25 *ut autem finaliter dicatur*, *indicibilia Maurilii multa sunt opera*, auct. de S. Hel. 9 *uictus finaliter precibus*, 10, »Ps. Cassiod. amic.« (qui flocci faciendus est); — adi. finalis Aug., ut Ciu. D. VIII, 8, Don., Macr., ICti, Sid.

finitiuus: Quint. (status), Diom. (modus), *al.* Mar. Victorin. ars gramm. I, 3 (r. Gg.) *finitiuae literae masculinorum nominum sunt septem*: *alnorsx*, *ut Sylla*, *sal* . ., M. Cap. »III, 240«, all.

firmamen: Ouid., Sen. Herc. fur. 1258 *unicum lapsae domus firmamen.*

*firmamentum (coeli): Hier. ep. 124, 11 *firmamentum id est coelum*, in Ezech. I ad 1, 2 *apertos coelos non diuisione firmamenti*, *sed fide credentis intellege* al., Vulg., Rufin., ut in symb. apost. 4 (nec putes, quod te statim de terra ascendere suadeam super coelos,) *sed prius te* . . *ad istud firmamentum*, *quod oculis uidetur*, *educam*, an. in Iob I p. 3, Aug.

firmatio: Nou. uers. uulg. 111, 3 *circa personarum firmationem.*

firmatorium: Thes. nou. lat. p. 207.

2000 *firmatrix*: Coripp., Laurent. hom. 2 *dextera mea Deo sacrata*, . . *firmatrix cordis.*

fissura: Cels. VII, 12, 1 *nonnunquam eo* (osse) *laeso fissura fit*, *quae eradi debet* al., Scrib. 223, Col., Plin.

*fistulatus *al.*: Arn., Hier. ep. 130, 16 *cum hoc quasi scorpionis ictu simplices quosque percusserint*, *et*

fistulato uulnere locum sibi fecerint, *uenena diffundunt* al., Sid.

fistulosus: Vitr. VIII, 7, 12 *per interuenia fistulosa terrae,* Sen. Nat. Quu. III, 25 *saxa . . aquosa et fistulosa, qualia sunt quae duratus humor efficit*, Col., Plin., cancer Cat. r. r.

fixe: Aug. compar., Cassiod. in ps. 2 pr. *ueraciter fixeque credere*, id. Var. II, 16 (qm l. et DV) al.

fixio: Hier. in Ezech. h. 1, 5 *tabernaculorum*, Aug. c. Faust. Manich. XXXII, 7 (r. Gg.) *crucis mysticam fixionem*, intpr. Iren. I, 5, 4 et II, 12, 7 (et DV), gloss. πῆξις, καθήλωσις (cf. 1144); — *fixura* (plerumque: clauorum) S. S. (et Vulg.), Tert., Hier. in Luc. h. 17 al., Rufin. Pamph. pro Orig. p. 368, all.

flabilis: Cic. s., Arn. II, 49 (puluisculi), VI, 16?, Aug. anim. orig. III, 4, 4 *flabile alimentum* (aer quem spiramus et respiramus), ib. 5 *spiritum flabilem,* et Gen. ad lit. III, 7, 9 *in aura flabili* (locos r. Gg.), Prud.

flabulosus: gl. Isid. 727 *flabri*, *flabulosi, uentosi*, *perfecti* (sic).

flaccor (flaccere): Cass. Fel. 42 p. 103 *sin cum morsu et flaccore stomachi singultus fuerit natus.*

*flagellare *abs.*: Dracont. carm. X (Duhn), 483 (Furiae) *anguibus horrendis per regia tecta flagellant.*

2010 *flagellatio*: Tert., Adaman. locc. sanct. III, 4 *post flagellationem solutus e uinculis.*

flagitiositas: Thes. nou. lat. p. 233.

flammescere: Lucr., Ambr. hymn. 21, 7, Ps. Eucher. (l. r. Gg.).

flammipotens: Dracont. carm. VI (Duhn), 5 (Cupido), id. carm. de Deo (r. Gg.) Scaeuola (Arnob. III, 21 cod. et nouissimi editores flammis potens). Cf. uett. poett. armipotens (etiam Drac. Satisf. 200 et 299), bellipotens, ignipotens, pennipotens, sagittipotens, sapientipotens, Plaut. coelipotens, multipotens, salsipotens, uĭripotens (uĭripotens Dig.), — recc. christipotens, ensipotens, herbipotens, lauripotens, membripotens (3381), plectripotens, adde astripotens Thes. nou. lat. p. 22 (et cf. sup. 378). Haud pauca praeterea composita cum participiis praes. (aliis quam -potens) adiectiua iam antiquiores affigurauerunt poetae, ueluti Ennius dixit (primus, ad nos quidem) altitonans, altiuolans, signitenens, idemque, ut uidetur, ueliuolans, Naeuius arcitenens, Attius magnisonans, — adde Lucr. aedituens, frugiferens, omniciens (uel omnituens), omniparens, Catull. suaueolens, Laber. blandiloquens, Varr. stellimicans, Cic. anguitenens et (in ep.) breuiloquens. Recc. sunt talia: cunctiparens Prudent., frugiparens Ven., gaudiuigens inscr., ignicomans et luciparens Auien., mellipluens Aus., munditenens Tert. (et S. S. Eph. ap. ipsum), omnitenens Tert., omnimedens P. Nol., omnipollens Prud., aequidistans Grom. et M. Cap. Nomina substantiua, inclinata a talibus, siue exstantibus, siue non comparentibus, haec collegeram: blandiloquentia Enn., stultiloquentia Plaut., superbiloquentia p. trag. inc., tolutiloquentia Nou., uaniloquentia Plaut., beneficentia, beneuolentia (beneuolens Plaut.), breuiloquentia, magnificentia, magniloquentia, maleuolentia

(maleuolens Plaut., Terent.), munificentia, suauiloquentia Cic., — graueolentia Plin., maleficentia Plin., Lact., Chalc. in Tim. 286, — recc. aequisonantia, armipotentia, beneolentia, benefragrantia, dictoaudientia, indictoaudientia, falsidicentia, mirificentia, multiloquentia, multinubentia, multiuorantia, omnicognoscentia, omniexsistentia, omnifluentia, omniintelligentia, omnipotentia, omniuidentia, omniuiuentia, paruipendentia, sibiplacentia, suaueolentia, subtililoquentia, ueridicentia.

flammiuomus: Iuuenc., M. Cap. (ap. Gg.), Arator actt. II, 531 (sol), Coripp., Venant. excid. Thuring. I, 15, Aldh. carm. de uirg. 1763 *Aetna torrida flammiuomis trudebat sulfura riuis.*

flatare: Arn., Aug. ep. 56, 21 *ad ignem amoris nutriendum et flatandum quodammodo*, id. Conf. VII, 6, 8, gloss. Placid.

flauescere: p, Sen. ep. 121, 15 *cum flauescit* (herba) . . *et spica eius induruit*, Plin., Capit. Ver. 10, 7, Amm. XX, 11, 27, Hier. in Is. VIII ad 25, 13 sqq., Vulg.

flebilitas: Thes. nou. lat. p. 227.

flectura: Acr. ad Hor. carm. I, 25, 10 *angiportum alii dicunt uicum sine exitu quasi in loco deserto et sine conuentu, ubi flectura esset, alii uicum angustum et flexuosum in modum anguis* (sic scribendum cum uet. ed. Rom., mss. fletura, flexura). Cf. 1962.

flictare: Arn. IV, 24 *miseriarum . ., quibus genus . . flictatur* (sic cod.) *humanum.*

2020 *flocculus*: Tert. ad natt. I, 5 *alicuius nubeculae flocculo* (r. Gg.), auct. de magistr. Rom., Cass. Fel. 62 *opium floculo inclusum*, 82 ex.

floricomus: Aus., Auien. Arat. 1000 *floricomo uere* et 1762 (r. Gg.), Anth. Lat. (DV), Venant. Mart. II, 445 *arbor . . floricomis foliis . . gaudens.*

floscula, ae: [Fulg.] serm. 6 *uideant unam flosculam capitis mei*,

flosculum: Cassiod. in ps. 135 pr. (sup. nr. 303).

fluctiuagus: ad Stat. et (DV) Sedul. (V, 395) locos quos addidimus Coripp. laud. Iust. min. et Ven. Misc. r. Gg., praeter quos accedunt Auien. Arat. 664 *aspera nautis tunc sunt fluctiuagis*, Arator actt. II, 1088 *fluctiuagae puppi.*

fluctuabundus: ad Gg. s. u. praeter locos qs. r. Cypr. et [Rufin.] in Os. add. Hier. in Ezech. hom. 3, 1 *uagus, fluctuabundus, circumlatus omni uento doctrinae.*

fluctuatio: Liu., Val. Max. (r. Gg.), Sen., Vulg. Sir. al., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 102 *eam fluctuationem, quam perpeteris, ut in iisdem paene uersibus quod dixeris neges, quod negaueris asseueres*, Fulg. m.

fluentia: Candid. Arian. gener. diu. 4, Amm., Coel. Aur. diaet. pass. (r. Gg.).

fluescere: Aug. in ps. 29 enarr. 2, 7, serm. ed. Mai. 1 al., an. in Iob I p. 62 *ego multiplicaui, tu uero fluescis.*

fluminalis: Coel. Aur. et salut. praec. 39, Iun. Philos.

2030 **fluxio:** Ps. Soran. quu. med. 197 *ex strictura fluxionis et complexionis*, 215 et 216 *capillorum*, Isid. diff. I p. 7 Areu. (r. Gg.) *congregatio sordium, quae fit a fluxione multa;* — fluctio Plin.

fluxuosus: Ven. u. Germ. 45 *uenarum fluxuosi riuuli suscitantur, neruorum imbecillis stupor excutitur*, Hier. (?) in ps. 104 *inter fluxuosas* (γρ. fluctuosas) *huius mundi felicitates.*

focacius: Dynam. I, 7 *focacius* (γρ. focatiuus, — sc. panis) *ualde siccus est, quia in cineribus amittit humorem, clibanicius* (γρ. clibanitiuus) *uero in testo*, Isid.

foculare, is: Aldhelm. laud. uirginit. 38 *cum tamen cocturam aut assaturam alimentorum in focularibus praeparatam ad edulium refutaret.*

*focus q. ignis (it. *fuoco,* hisp. *fuego* et lusit. *fogo*, prou. *fuec*, francogall. *feu* etc.): praeeunte si forte Propert. »V, 5, 10«: *Cacus . . per tria partitos qui dabat ora focos* saep. recc., ut facere focum (*faire feu*) Spart. Pesc. 10 *ut tota in expeditione nemo focum faceret, ne unquam recens coctum cibum sumerent*, Hier. reg. Pachom. 120 al., excc. e Physiol. 4 *faciunt sibi focum super arenam, quasi super terram*, schol. Iuu. III, 214 (r. Gg.) *nec focum in domo nostra fieri patimur, quod et lugentes obseruare solent* et VII, 21 (it.) *fac focum et combure*, praeterea Vulc. Auid. Cass. 4, 3, Marc. Emp. 21 p. 340 A *sine foco coxerunt, sine dentibus comederunt*, Hier. l. l. 23 *nec succen-*

detur focus, *antequam* . ., Ven. u. Radeg. 23 *ligna supportans brachiis focum flatibus et forcipibus admonens*, ib. 24 *flatu focum uiuificans*, Anthim. praef. p. 67 *ustulant se foco in stomacho et uentre*, 3 *sic coquat lento foco agitando ipsam ollam frequenter manibus*, 35 *sic coquentur lento foco*, *aut in carbonibus paulatim calefiant;* cf. et Isid. Or. XVI, 4, 5, *hunc* (pyriten uulgarem) *uulgus focarem petram uocat*, *quem* Marc. Emp. p. 394 F *lapidem ignarium* (in media graecitate *ἱστία* — h. e. *ἑστία* — pro *πῦρ* loquebantur: Ducange Gl. Graec. app. p. 86, Pott Z. f. Alterth. Wiss. 1853 col. 498).

foederatio: Hier. ep. 117, 2 *mater et filia* . ., *uincula naturae*, *secunda post Deum foederatio*, Rufin. Orig. princ. IV, 1, 31 (anima) *Verbo Dei immaculata foederatione coniuncta*, [Rufin.] in Os. I ad 2, 18 sqq., Cassiod., — foederatus uett., foederare Tert. res. carn. 63 (-uit), pall. 2 (-ant), Hier., ut ep. 84, 4, et cett., quos cit.

foedosus: Thes. nou. lat. p. 244.

foeterosus (corr. e foetorosus?): Zen. Ver. II tr. 31 *hominem istum ueterem foeterosis suis cum pannis abicite*, id. I tr. 15, 6 (A et DV).

foetescere: Pl. Val. I, 10, Isid.

foetosus Th. Prisc. (r. Gg.): A.

2039* **foetulentia:** Ps. Hier. uer. circumcis. 5 *carnis*, gloss.

2040 *folium (*φύλλον* uel *μαλάβαθρον*, rar. *φ. μαλαβάθρου*, unde conficiebatur foliatum): Cass. Fel. 45 p. 113 'folii barbarici id est malobathri', 36 p. 80 f. optimi al., Pl.

Val. I, 46, II, 17, 30 et saep., Claud. in Eutr. I, 226, Anthim. 13, inscrr.

folligena: Anth. Lat. 742, 63 (e coni.), Aldh. Septen. p. 223 M.

fomentatio: Vlp. Dig., Firm. m. II, 28, Th. Prisc. I, 19 *post fomentationem olei calidi*, 27, Coel. Aur. ac. II, 9, 51 (r. Gg.) et saep., Cass. Fel. 1 p. 5 al., Muscio gynaec. I, 73 *olei calidi*, — fomentare Veg. u., Coel. Aur., Cass. Fel. 29 p. 51 *decoques in aqua et fomentabis* et saep.

fonticulus: Hor., Vitr. VIII, 3, 11 et 23, cett.

*fontigen*us: masc. C. I. VI, 1, 554 *ripae uiridis renouantibus inclyta Nymphis numine fontigeno*, — fontigena abs. Ser. Samm. 602 (herba quae et saxifraga), fontigenae abs. et f. uirgines (Nymphae) Mart. Cap.

forasticus: Aldh. Septen. col. 167 M. *seeulares et forasticae philosophorum disciplinae*, gl. Placid.

forensis (a: foris, non a: forum) i. externus: App. (ap. Gg.), Ambr., ut Hex. III, 3, 13 *una aquarum iugisque et continua congregatio est, sed diuersi sinus maris, ut quidam de scriptoribus forensibus* (i. extraneis) *ait*, VI, 9, 58 (et DV) *frons . . quae signis forensibus internam exprimat uoluntatem* et saep. (Rönsch p. 338 sq.), Eges. (ib.), Theod. Prisc. IV f. 312 b *ulceribus omnibus forensibus impositum prodest* (ceterum et uett. interdum sim., oppos. ei q. e. domesticus, ut f. uestitus Liu.).

forinsecus: (opp. intrinsecus) Col., Plin. (XIII, 42, 122), »Lact.«, Th. Prisc. I, 14 *saccellus calidus . . forinsecus adhibitus*, Diom. I p. 321 K., Amm., Pall., Hier.,

ut in Cant. tr. 1 p. 509 *forinsecus remanent*, »Vulg. aliq., Aug.« (Rönsch It. p. 230), Rufin. Orig. in ps. 36 h. 2, 6 *non solum forinsecus, sed etiam intrinsecus in pace est*, Oros. h. II, 13 *superfusa forinsecus bella*, Cassian. Coen. Inst. V, 11 al., Sidon. ep. I, 9 *erga expediendas forinsecus ambientum necessitates* et saep., Cassiod. in ps. 107, 15 *laeti, quamuis forinsecus affligantur; al.* q. foras App., Solin. (1, 120), Hier. in Ezech. XIV ad 47, 1 sqq. *cum me duxisset per portam forinsecus ad uiam*, ep. 98, 20 al., Oros. h. II, 4 *uirtutes forinsecus emicantes*, Coel. Aur. tard. II, 1, 7 *labium superius paralysi uitiatum inuertitur forinsecus.* Cf. altrinsecus (de quo al.), utrinsecus (auct. Aetn. 505), antisecus gloss. Cyr., postsecus Isid. Or., gl., circumsecus App., insecus gl., intrinsecus, extrinsecus.

*foris *praep.* (*hors*): S. S. (et Vulg.) Apoc. (atrium quod est foris templum) et Cassiod. (c. abl.): Rönsch It. p. 398 (c. gen. S. S. uet. Mtth.: ib.), Vict. Vit. persec. Vand. I, 12 *foris ciuitatem pelli*, ib. 5, 16, IV, 3, 15, ib. 16 c. abl. *foris ciuitate fame et nuditate laborantes*, Reg. Bened. 3 *neque praesumat quisquam cum abbate suo proterue uel foris monasterium contendere*, ib. 43 *si foris oratorio* (u. lect. oratorium) *remaneant*, 67 *quaecunque foris monasterium uiderit.*

formabilis: Aug. lib. arb. II, 45, 46 al., Prud., Chalcid. in Tim. 201 *eorundem* (minorum corpusculorum) *similium* (*ὁμοιομερῶν*) *inter se conglobationem formabilem*, ut Anaxagoras, Cl. Mam. an. III, 6, 2 al.

2050 **formabilitas:** Aug. Gen. ad lit. V, 4 *in principio fecit Deus coelum et terram secundum materiae quandam, ut ita dicam, formabilitatem.*

formatilis Chalcid.: A.

formatrix: Tert., Aug. c. Acad. III, 37 *quasi formatricem illarum partium* (i. e. philosophiae, ethicen ac physicen dicens) *iudicemque dialecticam* al., Cl. Mam. an. I, 26 *formatrici formae*, Coripp. Iust. min. II, 16; — formator pA, Amm., Aug. lib. arb. III, 60 (r. Gg.) *formator et ordinator rerum omnium*, c. Faust. XX, 14, nat. boni I, 18 al., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 14 *hominum* (Deus), alii, formatio Vitr. (II pr. 3 al.), Sen., Philastr., Aug. c. Faust. XVI, 32 al.

formensis: Nou. Valent. 5, 1, 4. Adiectiuorum a nominibus appellatiuis declinatorum in -ensis exempla sunt uett. algensis Plin., amanuensis pA, amnensis Fest. epit., atriensis, calculensis Plin., canaliensis id., castrensis, circensis, dialutensis Plin., fretensis, hortensis Col. (hortensius Plin.), leuidensis, lutensis Plin., nemorensis, oleastrensis Plin. XXXIV, 49, 164 (oleastrense sc. genus nigri plumbi), palmensis Plin., piscinensis, pratensis, salinensis inscr. Pomp., spiniensis, stagnensis Plin., taeniensis Plin. (Pliniana 9 = 0, 4).

formicabilis: Coel. Aur. et sign. diaet. pass. 148, *formicalis* id. et l. l. 38.

formidabiliter: Adam. uit. Col. II, 21.

formidator: Aug. serm. 23, 18 *amatorem te uoluit esse boni, non formidatorem mali.*

*formula *spec.* (demin. e forma i. nummus formatus Lampr.): auct. Quer. II, 4 *has saltem distingui non*

oportet tam gemellas formulas: quid tam simile quam solidus solido est?

fornicator (πόρνος): S. S., Tert., Hier. adu. Iouin. I, 8 *quasi non et fornicatoribus per poenitentiam fores aperiantur ecclesiae, quodque his est maius, incestis*, in Eph. II ad 3, 20 sq. al., Aug. serm. 224, 2, 231, 4 al., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 23; *fornicatrix* S. S. uet. (pro meretrix Vulg.), Aug. c. Faust. XXXII, 4 *illa ne audire uos uelle credo . ., prophetas dormire cum fornicatricibus,* Laurent. hom. 1, Isid., — ita fornicatio S. S. saep., Tert., Hier., ut in Ier. I ad 3 aliq., Rufin., ut h. mon. 11, [Rufin.] in Os. I ad 4, 9 sq. *neque, cum fornicationem audis* (u. 10), *usurpationem modicam corporalis illius uoluptatis existimes*, Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 177, *fornicari* (et *-re*) S. S., Tert., Hier., ut in Is. XVI ad 57, 9 *ut . . haberes studium fornicandi*, Rufin., ut h. mon. 14, [Rufin.] l. l., atque inde et fornicarius S. S., Tert., intpr. Orig. in Matth. 42 *si autem non fugiat eum, fornicarius est et pollutus sicut Esau*, Isid., -ia S. S., Hier. in Ier. I ad 3, 2 al.

fossarius: Hier. (?) sept. ord. eccl. p. 160 Vall. *primus in clericis fossariorum ordo est*, Aldh. Septen. p. 216 M. *uespellones, id est fossarii, qui corpora humant*, gl. Isid., inscr.

2060 **fossibilis:** Arn. II, 17 *in fossibilibus foueis tutamina sibimet et cubilia praeparare.*

fotor: Aug. serm. 23, 3 *nutritor et fotor*, — *fotio* gl.

fractilis: Thes. nou. lat. p. 22.

fractor: Aug. c. Secundin. 19 *nec ideo non est fragile lignum, si nullus fractor accedat*, Sidon., *fractio* S. S. Act., Firm. m., Hier. c. Ioann. 26 al., Aug.

fraglare: Dracont. carm. (ed. Duhn) X, 287 *mirata . ., subito quod sparsus ubique ambrosius sic fraglet odor*, ib. 119, gloss. Hildebr. 'fraglantes, bene olentes', — pro fragrare.

fragorosus: Thes. nou. lat. pr. 1 al.

fragrantia: Val. Max., Ambr., Hier. ep. 98, 18 *conuersationis beneolentis* al., Vulg., Rufin. Orig. princ. II, 6, 6.

*framea *abus.* pro gladius uel certe spatha: S. S. uet. Ps. 149, 6 *et frameae bis acutae* (Vulg. gladii ancipites), »Vulg. Ps. 16, 13 al.«, Aug. in Ps. 149, 12 *framea appellatur, quam uulgo spatham dicunt: . . ipsae* (h. e. eaedem res) *autem frameae, ipsae et romphaeae, ipsae etiam spathae appellantur* (unde sua Isid. orig. »18, 6, 3« habet) al.

*frangere intr.: Drac. carm. VIII (Duhn), 330 *temperet inuidia, frangat dolor, ira quiescat.*

frangibilis: Thes. nou. lat. p. 22.

2070 fraterne: Cic. ep., Hier. ep. 58, 5 *quia fraterne interrogas.*

fraternitas: Tac. s., Quint. decl. »16, 4«, Tert. apol. 39, praescr. haer. 20, uirg. uel. 2, Lact. inst. V, 22 al., Rufin. Orig. in Rom. IX, 24 *caritate fraternitatis inuicem diligentes*, an. in Iob I p. 35 *filiorum Iob imitari . . illam . . Deo dilectam fraternitatem*, Mar. Merc. excc Nestor.

coll. II, 6, Sidon. ep. III, 1, Dionys. Bocli ep. de fide extr.; *collect.* Tert. pud. 13 *ad exorandam fraternitatem*, scorp. 8, Cypr. ep. 15, 2 *quando decipiatur fraternitas nostra a quibusdam uestrum,* ep. 14, 4, ep. 51, 1 et saep., uita Cypr. 5 *obsederat fores copiosa fraternitas*, S. S. Vulg. »1 Petr. 5, 9«, Mar. Merc. Nestor. serm. 12, 31 *non ergo in fratres fraternitas irruat*, Liberat. Breu., all.; *meton.* in alloc. (pro: frater) »Pelag. pap. ep. 14 (Sapaudo)«, Greg. M. ep. X, 33 *quae a fraternitate tua* (i. e. te, fratre meo) *una cum Ruffino . . statuta sunt*, 36, 42 s. f., 29 (ad Constantium episc.) *uestra* (i. tua) *fraternitas bene fecit pro informatione nostra scribere quod audiuit*, 26 et saepiss.

fratricidium: Tert., Hier., intpr. Iren., inc. quu. de N. Test. 90, Salu., Fab. Fulg. aet. mundi p. 140 *ut fratricidii cruore sancita magnificae urbis uerecundentur principia*, [Fulg.] serm. 76 (fratricida Cic., Nep., Aug. Ciu. D. XV, 8, 1).

fraudifer: auct. Hypogn. IV, 1 *fraudifero flatu uenenosa et mortifera libido inflixa est* (protoplasto); — *fraudiger* [Cypr.] carm. de Genesi (114).

fraudulenter: Cat. fr., Col. s. (comp. Plin.), Ambr. (Gg.), Hier. ep. 121, 6 al., Vulg., Sulp. Seu. dial. I, 6, 2 *ab haereticis fr. inserta,* an. in Iob II p. 171 *fraudulenter per eam illi persuadeam*, Iustin. instit. iur. (Gg.).

fraudulentia: S. S. (et Vulg.) Ier., Hilar. in Matth. 4, 23 *lex poenam posuerat periurio, ut fraudulentiam mentientium sacramenti religio contineret*, ib. 22, 7, id. Trin. I, 25 *sextus liber omnem haereticae assertionis fraudulen-*

tiam pandit al., Ambr. (Gg.), Hier. ep. 84, 6 *si uelim haereticorum fraudulentias prodere*, adu. Rufin. III, 8 (it. plur.) al., Ps. Hier. scient. diu. leg. 4 s. f.

frenatio: Aug. c. Iul. V, 7, 25 *libidinis expugnatione, oppressione, frenatione et ad nihil illicitum permissione.*

frendescere: [Fulg.] serm. 11 *alia* (h. e. altera) *crudelitate frendescens doloris*, N. Tir.

frendor: Tert., Lucif. (DV), Veg. u., [Fulg.] serm. 11 *furor uesanis frendoribus intumescit.*

*frequentare intrans.: Coel. Aur. ac. II, 13, 89 *frequentat haec passio in masculis magis quam in feminis*, 10, 63, III, 15, 124 et sq., 19, 192, tard. I, 4, 72 et 90, II, 1, 8, V, 2, 29 al., Cass. Fel. 71 *nascitur* (epilepsia) *omni tempore, sed plus uerno frequentare manifestum est*

2080 frequentatio: Cic. et Ad Her. (t. t. rhet.), gener. App. (r. Gg.), Aug. (r. Gg.), Iorn. hist. Goth. 42 *in agro Venetum Ambuleio, ubi Mincius omnis commeantium frequentatione transitur*, Cassiod.

frequentator: Tert., App. dub., Seru. centim., Adaman. locc. sanct. I, 13 *sanctorum locorum sedulus* al.

frequentatus, us: Hier. (?) ad am. aegr. ep. I, 1 *frequentatu corporalis accessus*, ep. II, 18 *orationum tuarum frequentatus*, [Rufin.] in Os. III ad 10, 7 sq. *quorum* (delubrorum) *frequentatu consueuerat* (Samaria) *me asperare.*

fricamentum: Th. Prisc. II, 7 *unguentis uel fricamentis*, ib. 10, ib. chr. 13 *tunc fricamentis exercitiisque competentibus opus est*, 21, Coel. Aur.

fricator: Coel. Aur. et salut. praec. 36.

fricticula (!) Hier. adu. Iouin. I, 40 *cum . . ad balneas quoque ac fricticulas* (frictiunculas?) *et popinas se conferat.*

frictio: Cels. I, 3 p. 17 Dar., V, 26, 28, VIII, 11 et saepe, Arn. VII, 32, Muscio gynaec. II, 14 *frictione totius corporis.*

frictura (frigere) Anthim. 14 *frixum lardum . . satis nocet . . nam illa frictura penitus non expedit*, *frixura* Hier. »in Am. III ad 7, 7« *illa sartago, quam legimus in Ezechiele* (4, 3), *in qua populi obsidione uallati frixura* (trnsl. q. pressura) *significatur*, Greg. M. reg. past. 21 *per sartaginem frixura mentis signatur* et ib. inf., Ven. Fort. i. frixorium, sed e coni.; — frictura (fricare) habetur in interpolamento App. Met. X, 21, quod in cod. Laurent. altero (φ Eyss.) »in margine inferiore a manu seculi XIV additum est«.

frigidare: Coel. Aur. et salut. praec. 36, 38.

frigidatio: [Aug.] Categ. 12 (sup. nr. 434).

2090 *frigide *propr.*: Cass. Fel. 33 (sup. nr. 435).

frigorosus: schol. Iuu., Compend. Vitr. 2, 4 . .

-frigui (per-, re-) a frigescere pro -frixi: Marc. Emp. p. 409 A (r. Gg.) *cum refriguerit*, Veg. u. III, 4, 17, Plin. Val. II, 15, 29, 30, 37, Aug. bapt. VI, 3, 8 (refriguisse) al., frgm. medic. (Class. auctt. ed. Mai. t. VII) p. 459 *cum refriguerit*, Pl. Val. I, 75 (r. Gg.) *perfriguerit.*

friuole: Hier. in Mich. II, ad 7, 8 sq. *aliqui friuole mentiuntur*, »Symm. pap. ep. 1«

frondifer: Naeu. fr., Lucr., Sen. tr., Hier. in Ezech. hom. 11, 1.

frontispicium (*frontispice*): inc. auct. (sec. V) De promiss. et praedictionib. Dei ps. III, 38 *titulus aeneis literis in frontispicio templi conscriptus 'Aurelius pontifex dedicauit'*; Thes. nou. lat. 'frontispicium, frontis inspectio' (hunc citant Quich. et De-Vit). Ad figuram cf. auspicium, extispicium, haruspicium.

frontose: Aldh. ep. 3 extr. *si quippiam . . garrula frontose conuincitur pagina prompsisse;* — adi. Aug. c. epist. Parm. II, 15, 33, in ps. 68 s. 1, 12 al.

fructificantia: anon. in Iob I p. 25 *olim . . uiua atque crescentia cupiebant homines pecora atque agriculturam pro uictus fructificantia.*

fructificatio: Tert., Seru., Rufin. Orig. in Iesu Naue hom. 21, 2 et 22, 4, Aug., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 21 *quod* (Matth. 12, 33) *nobis iure suffragatum est, ut doceremus naturam quoque atque coniugia de fructificationis suae qualitate censenda*, intpr. Iren., Dionys. Greg. creat. hom. 21.

fructuose: Aug. serm. 359, 7 (r. Gg.) *fructuose uicti sunt* al., Cassian. Coll. XXIII, 21, Fulg. Rusp. remiss. pecc. II, 22 *nunc fructuose poenitentia geritur*, Isid.

2100 *fructuositas*: Philastr. haer. 132 (et DV), Gaudent. tr. 18 p. 977, Thes. nou. lat. p. 210.

fruitio: Hilar. (?) in Galat. 27 al., Hier. in Philem. ad u. 20 *ne putes illam fruitionem dici, qua nos saepe nostri inter nos praesentia delectamur*, uers. Ignat. ep. ad Smyrn. 6 *spes fruitionis futurorum bonorum*, Rustic. c. Aceph. p. 1251 *non huius mundi diuitias, . . non seculi fruitiones*, actt. S. Ignat., Greg. M. in I Reg. II, 4, 18 al., thes. n. lat. l. l.

frumentalis: Cassiod. in ps. 34, 21 *non in leuibus paleis, sed in frumentalibus granis;* — frumentarius uett.

frustratorie: Leo ep. 23, 2 *nec frustratorie loquens*, — adi. Tert., aliique postt.

frutescere: Ambr. uirginit. 9, 53 al. pro fruticescere Plin.

fucatio: (Euod. Vzalens.) Contra Manich. de fide 38 *exornans eam . . lenociniis et fucationibus*, Ennod., Acr. ad Hor. (l. r. Gg.).

fucinare (fucus): gl. Isid. 750 *fucinat* (γρ. fuginat), *adulando impedit, laudando decipit.*

fugator: Tert., [Fulg.] serm. 59 *fugiat fugator, timeat persecutor.*

fulgerare pro fulgurare: Stat. Theb. IV, 777 *solet . . Icarii quamuis iuba fulgeret astri, ire tamen*, — fulgerator inscr. Cf. frigerare a frigus, -oris, pignerare . ., Z. f. vgl. Spchf. N. F. VI p. 270 n. 42.

fulgoreus: Cassiod. in ps. 117 s. f. *recordemur hunc psalmum non incassum uelut fulgoreis coloribus esse contextum,* — fulgureus M. Cap. (nubes).

2110 fulguralis: Cic. (libri), Adaman. u. Col. III, 24 *lux.*

fuliginosus: Prud., Hier. (?) in ps. 50 *fuliginosum ebenum in crystalli fulgorem conuertere.*

fulix (pro fulica): Cic. p, Auien. Arat. 1675 *cum parua fulix trepido petit arua uolatu.*

fumicosus: Thes. nou. lat. p. 241.

fumidare: Thes. nou. lat. p. 241.

fumigatio: Marc. Emp. p. 395 D, Pl. Val. III, 7 *ferulam accensam naribus admoueto fumigatione facta, si repente aeger hunc morbum* (h. e. lethargiam) *inciderit*, Coel. Aur. tard. I, 4, 122.

fumositas: Thes. nou. lat. p. 211.

functorius: Thes. nou. lat. p. 244.

*fundamentum q. fundatio: Sen. contr. II, 9, 17 *fundamentis urbis abusque in haec tempora.*

fundamentalis: Hier. (?) in Iob 38 *hic lapis angularis Christus . ., ipse est enim non solum fundamentalis, sed et angularis*, Aug. »serm. 337, 4«, *adu.* Sidon.

2020 fundatio: Vitr., S. S. ap. Lucif., Hilar. Trin. XI, 37 *ne creatio et fundatio fidem diuinae natiuitatis offenderet, sequitur 'Prius quam terram faceret, . . genuit me'* (Prou. 8, 25) al., intpr. Orig. in Matth. 111 *fundationem quandam* (Gegründetsein) *et firmitatem regalem significat sessio filii hominis* (Matth. 26, 64), Chalcid. in Tim. 274, Cassiod. (Epiph.) hist. trip. IV, 9 (ecclesiae cuiusdam in urbe An-

tiochia); — fundator Verg., Arn., Lact., Claud. B. Get. 600, Hier. u. Hilar. 14 (in 1059), inscr.

*fundere: *abs.* Cosmogr. Iul. Caes. 7 (brachia Oxi) *fundunt in flumen magnum, qui appellatur Ganges* (in all. effundunt, — al. se infundere, ut 9, se diffundere, ut 12, sed et abs. diffundit 10, infundere 24). Cf. 1628, et 1140*.

funeraticus: C. I. III, 2 p. 925 (in tab. cerata Dacica) *modo neque funeraticis sufficerent* (at ib. inf.: conferre funeraticia siue munera), it. p. 927, pro *funeraticius* Dig., chronogr. Momms. 646, 38, inscr. Cf. acinaticus Plin. Val., acinaticius Dig., Pall., — empticus Venant., empticius Varr., — erraticus uett., erraticius Fronto, — granaticius (inf. 2211), granaticus (ib.), — multaticus inscr., multaticius Liu., — mutuaticus Gell., mutuaticius gloss., — uenaticus Plaut., Cic., uenaticius Amm.

funestare: Cic., Iuu. s., Solin. 15, 13 *nefandis funestantur inter se cibis*, Tert. res. carn. 11 et 12, Cod. Theod., Vict. Tunon. poenit. 15 al.

furialiter: locis lexx. add. De miracc. S. Steph. II, 5, 1 *uiso quem furialiter quaerebat.*

furiositas: Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 36 *nihil turpius in pastore furiositate.*

fuscatio: Rufin. Orig. in Cant. II p. 376 *pro nigredine uel fuscatione sua*, gloss.

fuscatorius: Thes. nou. lat. p. 213 (fuscator Lucan.).

fuscosus: Thes. nou. lat. p. 214.

fusio: Cic., Vitr., Vlp. Dig., Amm. XX, 11, 26 radiorum fusione, Ambr., Aug. c. Faust. XIX, 22, Chalcid., Cod. Theod.

2130 **fusor* (q. effusor uel infusor) et *fusitrix*: S. S. Eccl. (2, 8) ap. Rufin. in Cant. I p. 335 *uini fusores et uini fusitrices*, Hier. in Eccl. (formam femininam fatens latinum non recipere sermonem); fusor sic et Rufin. ipse l. l. *ministri quidam, qui uini fusores appellantur*, ib. p. 336, f. aquae Anth. Lat. 615, 6; al. fusor (metalli alicuius) C. Iust. Cf. 1451.

fustigare: Cod. Theod., Vict. Vit. pers. Vand. II, 16 *multos fustigauit*, gloss.

fututor, -trix: inscr. Pomp. 1503 al., 2204 *fututris* (graecis literis), 2248 corr. futor, Mart.

Gallicaris chronogr. Momms.: A.

galnapis (genus uestis stratoriae): Isid. reg. monach. 13, 1 (cf. Grialium ad l.), Orig. XIX, 26, 2, »Caesar. Arel. Test., gloss.«.

gannatura: Aldh. laud. uirginit. 47 *cum calumniae gannatura* (*γρ.* gannitura) *prolatum*, ib. 51 *subsannantis gannaturae ludibrium*, ib. 56, id. Septen. col. 171 t. 89 Migne al.

gargaridiare (pro gargarizare): Varr. ap. Non., de uirt. herb. 62 p. 143 (Anecd. gr. lat. ed. Rose II) semen sinapis *tritum cum melle et aceto . . caput purgat gargaridiatum*. Cf. baptidiata inscr. (459 p. C.), catomidiare

Petr., Spart., iudaidiare Commod., paregoridiare (ad 3783).

gargarisma: Marc. Emp. p. 300 D, 304 G, Th. Prisc. I, 10 al., Pl. Val. I, 50, Cassian. Coen. Inst. III, 2, Coel. Aur. tard. II, 8, 116 *gargarismatibus utendum*, 7, 108.

gargarismus: Coel. Aur. tard. II, 7, 99 *tum gargarismum damus calidum mulsum*, 6, 92, 13, 154.

garrulare: intpr. Orig. in Matth. 38 *quaecunque alia garrulant*, Fulg. m.

2140 gauata u. gabata (genus lancis): Mart. (ut »XI, 31, 18« sic implet găbătas parapsidesque), Ennod., Ven. Misc. XI, 10, 3 (r. Gg.) *carnea dona tumens argentea gauata* (_⏑⏑) *perfert*, Isid. Or. (XX, 4, 11) *quasi cauata*, Anthim. 34 *quod desuper iuscello facto in gauata componatur . . et sic gauata ponitur in carbones*, gloss.

gaudenter: Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 10 *ad mortem g. perrexerunt*, 26, Adaman. uita Columb. I, 16, II, 30, id. De locis sanct. II, 28, III, 4.

gazetum: Thes. nou. lat. p. 263 al.

gazophylacium: S. S. Io. 8, 20 et Luc. »21«, Marc. »12«, quo resp. Cypr. op. et eleem. 15 *in gazophylacium duo . . minuta mittentem* et Hier., Aug. in ps. 63, id. serm. 356, 13 . ., Leo serm. 57, 3 *pretium mitti in gazophylacium noluistis*, Eucher. instr. II, 3 et 15, Possid. uit. Aug. 24, Isid. (cf. Rosweyd. ad Paulin. Nol. not. 177 t. LXI Migne).

gehennalis: Aug. anim. orig. III, 6, 8 *supplicio gehennalis ignis ardere*, Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 68,

Fulg. Rusp. Ad Trasim. III, 34 *aeterno . . gehennalis tormenti supplicio* al.

gelatio: Scrib., Plin., Frontin. aquaed. 123 (non 23) *non minus, quam sol, acrior gelatio praecipit materiam.*

gelela (hisp. *gelea*): Cass. Fel. 73 *coloquintidis, quam uulgus gelelam uocat*, Pap. gloss.

gelescere: Tert. scorp. 1 *sanguis animi gelescit* (cod. Agob.), gelascere Plin. Cf. sup. 901.

geliditas: Thes. nou. lat. p. 258.

gemellarium: Aug. in ps. 80, 1 (fit in torculari conculcatio tribulatio pondus:) *et in his oleum eliquatur occulte in gemellarium, amurca publice per plateas currit*, ib. inf., ib. 11, 17 al., — gemellar Col., adi. gemellaris »Itin. Burdegal.« (De-Vit.).

2150 **gemibilis:** Hier. in Ezech. II ad 5, 15 *et erit στεναχτή id est gemibilis.*

*generabilis act.: Plin., Coel. Aur. salut. praec. 29 *semen generabile.*

generalitas: Hilar. in ps. 52, 13 *generalitas sententiae*, Don. ad Ter., Seru., Symm., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 135 *generalitas unius partis locum excludit alterius*, IV, 121, V, 15, all.

generamen: S. S. ap. Lucif., Aldh. carm. de uirg. 133 al., gl.

generatio: *trnsl.* (uel generalius) Coel. Aur. passionis, Boeth. comm. in Arist. interpr. ed. prim. 14 *genera-*

tio semper ex oppositis est: quotiens enim aliquid fit album, non fit ex dulci etc., *sed ex non albo*, ib. inf. *generationes dico esse quae fiunt ex his quae id quod fiunt non fuerunt* al., — *meton.* Ambr., Hier., ut in Is. XIII ad 48, 12 sq. *quod cunctis retro generationibus fuerat ignotum*, Vulg.

genesiacus pro genethliacus: Eust. Hexaem. VI, 5 *repertores genesiacae rationis . . in angustum temporis redegere mensuram, ut . . magna sit inter genesim genesimque distantia*, ib. 7 *genesiaca uis et decretio fatalis.* De aliis -iacus finitis graecanicis, quae graeco tamen deficiuntur exemplo, ut daemoniacus Lact., Salu. gub. Dei VII, 257, all., al. disseruimus (ut A n. 66), sed inueniuntur eodem inclinatu a latinis quoque uocibus deriuata, ut, quod Laberius lusit, ebriacus, ut apiacus Cato, *comitiacus* Cass. Var. VI, 13, VII, 30, *columniacus*, *miliacus* (milium) Coel. Aur., *Saturniacus* (inf. 4840), *stiriacus* Solin. (*obryziacus* Cod. Theod. i. *obryzatus* Cod. Iust., cf. et iliacus: 1341).

genicula, ae (a genu, pro geniculum) Adaman. uit. Col. I, 29.

gentilicus: Aug. (?) Alterc. Eccl. et Synag. p. 1135 t. 42 Migne *Dei legibus aliena, quae gentilico more uiuebas;* cf. sputatil-icus et sim. A n. 47.

*gentilis: eius, qua et graeca positione ethnicus dicebatur, significationis *eccles.* exempla sunt Tert. cult. fem. II, 4 *ex illa scelerata in nos opinione gentilium* al., Zen. II, tr. 22 *gentiles homines . ., in quibus adhuc erant opera terrena* al., saep. Hier., ut in Zach. II ad 8, 11 sq. *siue ille Iudaeus sit siue haereticus siue gentilis*, ep. 148, 8

qui sub christiano nomine gentilem uitam agunt, in Ier. IV ad 22, 24 sqq. *Sexti Pythagorei hominis gentilissimi*, Vulg. (DV), Rufin. h. mon. 9 *hic primo gentilis fuit*, h. eccl. X, 6 *ex conuersatione gentili* al., [Rufin.] in Ioel 3, 4-8 gentiles literae, ib. ad u. 17 sq. *impugnationem . . Iudaeorum pariter gentiliumque perpessa* (ecclesia), Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 155 al., intpr. Orig. in Matth. 39 *christianos culparunt gentiles* al., Prud., . . Sedul. carm. pasch. I, 1 (poetae), Arat. actt. I, 867 (stirps), II, 138 al., adde C. Th. XVI, 5, 46 (409 p. C.) *Iudaei atque gentiles*, *quos uulgo paganos appellant*, ib. 63 (425 p. C.) *superstitionesque gentilium.* Perinde

2160 *gentilitas: Lact., Hier. ep. 65, 16 *ueteris gentilitatis et idololatriae errore contempto*, 107, 2 *solitudinem patitur et in urbe gentilitas*, *dii quondam nationum cum bubonibus et noctuis in solis culminibus remanserunt* al., Vulg., Rufin. Orig. in Iesu N. hom. 20, 5 al., Oros. h. I, 16 *caeca gentilitas.*

gera corr. ex hiera: uid. inf. 2269.

germanior: Hier. Did. spir. snct. 7 *per germaniorem*, *ut ita dicam*, *et pleniorem trinitatis assumptionem.* Cf. 1968, et latin*ius* ab adu. Hier. in Is. VIII ad 26, 7 sqq. *rectitudines*, *quas Graeci uocant εὐθύτητας*, *et nos aequitates latinius possumus appellare.*

*germinare c. acc. effect. (Plin., ut capillum) *trnsl.*: Hier. in Is. XVII ad 61, 10 sq. *Dominus germinabit iustitiam atque laetitiam coram cunctis gentibus*, c. Ioann. 26, Vulg., Rufin. h. eccl. XI, 9 (Cappadocia) *aliquid laetius Gregorium nobis cum Basilio germinauit*, cf. ossium germinatio Hier. in Is. XVIII ad 66, 13 sq.

gerronaceus (gerro): Thes. nou. lat. p. 262 i. nugatorius, *gerroneus* ib. p. 3 et 625.

gestator: Plin. ep. (al. Mart.), Rufin. Orig. in Leuit. hom. 5, 8 *aquae.*

gestatorius adi.: sella Suet., Vulg. Macc. (Gg.), Coel. Aur. tard. I, 5, 162, Ennod. (DV).

*gesticulatio *al.* q. gestatio Cassiod. in ps. 32, 17 *tanquam si equinis gesticulationibus peruehantur.*

gesticulus demin.: Tert., Non. p. 22 a *gestire . . dictum a gesticulis facilioribus.*

geusia (joue?) Marc. Emp.: A.

2170 **gibbositas:** Thes. nou. lat. p. 260 al.

gibbosus: Firm. m. III, 5, 6 et 6, 8 (r. Gg.), IV, 4, VIII, 19, 20, 26, 27, 28, Vig. Taps. trin. (DV), Isid. quu. in Leuit. 13, 3 (r. Gg.) a gibbus (Iuu.) pro gibberosus a gibber.

gillo (gello, gelo: Du Cange, uas refrigeratorium): locis lexx. acc. Cass. Fel. 42 p. 98 *oleum mittes in gillone*, ib. inf.

girba i. mortarium: Cass. Fel. 33 p. 70 *simul omnia in girba mittes, et in unitatem ut sibi bene misceantur tundendo coges*, 31 p. 63, 72 p. 174.

gladiola pro gladiolus (herba xiphium) Plin. Val.: A. Ad formam cf. Quint. inst. I, 6, 42.

glandulosus (glandula): Col., Cass. Fel. 60 *quotiens glandulosa praeter aliqua ulcera fuerint ipsa inguina*, 18 p. 26 al.

glarare Plin. Val.: A.

glareosus et Plin. XXII, 64, 133 (r. Gg.), XVII, 4, 31.

glariger: Aldh. laud. uirginit. 29 *in glarigeris sablonum litoribus.*

glatire: Suet. fr., Anth. Lat. 730, 6 *quod glatit catulus*, glattitare Anth. »762, 60«.

2180 glaucinus: Mart. et Dig. neutr. plur. s., adi. Pl. Val. III, 12 (oleum).

glaucire: App. Polem. Physiogn. p. 164 *qui glauciunt aliquatenus ut oues;* — glaucitare carm. de Philomela (glaucitat et catulus).

glaucitas: Thes. nou. lat. p. 21 et 263.

gliteus: Thes. nou. lat. p. 264 *terrenus* a glis, itis gloss. Isid. 797 humus tenax.

globatio: Cerealis Castell. c. Maximin. Arian. 20 *Deus spiritus est, non caro, . . intellectus est, non globatio, . . internum lumen est, non materies circumfusa;* — conglobatio Sen., Tac., pstt.

glomeratim: Cypr. ep. 5, 2 (r. Gg.) *non glomeratim, nec per multitudinem simul iunctam*, Diom., Macr.

gloriabundus: Gell., Lact., Hier. in Eccl. 8 p. 449 *quid boni homini dederit Deus, quasi gloriabundus enumerat*, in Zach. I ad 2, 6 sqq. al.

glorianter: Ps. Aug. ad fratrr. erem. s. 4 *quae glorianter . . sic uulnerata . . ducebatur ad carcerem.*

gloriatio: Cic. fin. bis, Hilar. in ps. 2, 25 al., Hier. in Ezech. VII ad 24, 15 sqq. *coronam gloriationis* al.,

Vulg., Rufin. Orig. in Rom. X, 12 *uera gloriatio ad Deum non est nisi illa, quae est in Christo Iesu*, an. in Iob I p. 63, Ang. spir. et lit. 10 *gloriationem uitiosam de superbia uenientem* al., intpr. Ignat., Valerian. hom. 7, 2 *inanis*, 11, 3, Sid. ep. I, 7.

glorificare: S. S. (et Vulg.), Tert., Hilar., Hier. Did. spir. snct. 33, Rufin. Orig. princ. I, 2, 10, intpr. in Matth. 10 p. 200, Prud., Prosp. Aq., all.

2190 *glorificatio*: Mar. Vict., Hilar., Hier. in Ezech. VIII ad 27, 25 *quae glorificatio fuit aggrauatio possidentis* al., Aug., intpr. Orig. in Matth. 113, all.

glorificatorius: Eust. Hexaem. IV, 7 *uocibus glorificatoriis ad Deum fusis.*

gloriositas: Thes. nou. lat. p. 257.

glumulum (gluma: cf. A n. 18): Aldhelm. laud. uirginit. 19 *granigera spicarum glumula germinantes.*

glutinatio (uulneris): Cels., Coel. Aur. tard. II, 9, 117 *sunt quae conuentum siue glutinationem uulnerum impediant . . causae*, ib. 12, 141 sq. (r. Gg.), 13, 171 al., — glutinare Cels., Sen. NQ VI, 26, 2, Plin.

glutinatorius: Th. Prisc. diaet., Cass. Fel. 39 *colleticam uirtutem id est glutinatoriam*, Pelag., gl.

glutinosus: Cels. II, 4, III, 21 . ., Scrib. 23, 94 . ., Col., Plin. XXII, 66, 136 al., App. s., Amm. XX, 11, 25 *luti glutinosa mollities*, Coel. Aur. ac. III, 3, 18 *humorem si glutinosum uiderimus factum*, Cass. Fel. 34 p. 73 *flegma*, ib. inf., 41 p. 96.

glutitio: Ps. Soran. quu. medic. 59 *quid est catapo-sis? gluttitio cibi* . .

glutus: Th. Prisc. IV f. 313a (r. Gg.) *mittis mellis cochleria duo et aceti glutum*, Dynam. II, 94 *post acceptam potionem oportet mulsae sorbere glutos* (γρ. gluttios) *III et gargarizare*, al. (q. glutitio?) Pers. (gluto sorbere saliuam), Aug. (Gg.).

glycy Pl. Val.: A.

2200 gobio (piscis): Col. VIII, 17, 14 (non 12) *exiguusque gobio*, Plin. IX, s. 83, 175 (r. Gg.), cett.

gorgoneum: Vitr. IX, 6, 2 *Perseus* . . *laeua* . . *tenet Gorgonēum.*

gracilentus: Enn. fr., Gell., Amm. XXI, 16, 16 *spadonum gracilentis uocibus.*

gracula: auct. Quer. IV, 2 *si recinenti ac monenti credidissem graculae*, gloss., trnsl. Salu. (uestra Palladia, uestra gracula, uestra domnula).

gradalis: Diom., Cassiod. in ps. 150 concl. *de quindecim psalmis gradalibus* h. e. 119 sqq. (alii: graduum, ut Aug. in 119, 1), in 125 s. f. *septimus iste gradalium*, in 131 s. f.

gradatio: Vitr., trnsl. i. climax Ad Her., Cic., all., *al.* Aug. in ps. 109, 5 (aetatum).

Graecensis: C. I. VI, 1, 656 *pauimentum Graecense*, pro: Graeciense.

graecissatio: schol. Pers. I, 99 (r. Gg.) *carmina poetarum illius temporis plena graecissationibus nullum habere intellectum, quae tamen cum nescio qua modulatione resonent* (ut: Mimalloneis) cl. ad 95 'robur carminis leuitate euirauimus linguae intermiscendo graecas glosulas'.

graecitas: Hilar. in ps. 2, 38 *graecitatis proprietas*, in 54, 8 et saep., Cod. Theod.

graminosus: Col., Vict. Vit. pers. Vand. V, 17 *cespes*.

2210 **granata** pro granatum sc. malum (ital. *granata*): Cass. Fel. 20 *corii granatae siccae*, 82 p. 194 al.

granaticius: Cass. Fel. 47 p. 121 *cum uino melino id est granaticio*, 64 p. 157 (ubi legitur *granatico*: cf. sup. ad u. funeraticus, al. granaticum Greg. M.).

grandaeuitas: pr, Arn. iun. in ps. 134.

grandisonus: Sedul., Cassiod. Var. IV, 50 *grandisono fremitu*, in ps. 45, 3 al.

granditudo: Greg. M. in I Reg. V, 2, 27.

graniger: Aldh. laud. uirg. 19 (s. u. glumulum), ib. 28 *granigeris spicis;* — granifer Ouid.

grassatio: Plin., Commod., Aus., Zen. Ver. II tr. 18, 1, Possid. u. Aug. 28 *ferocissimam hostium grassationem et uastationem*, gl.

grassatrix: Aldh. laud. uirginit. 26 *parcarum grassatrix non ulli parcentum atrocitas.*

gratanter (fere gr. accipere): scrr. hist. Aug., Lucif., Amm., Symm., Vict. epit. 12, 3 *exceptus*, Hier. in Ezech. h. 3, 3 *cum aliquis . . loquitur quae gratanter accipiant*, Rufin. Orig. in Rom. X, 9, intpr. Orig. in Matth. 113 *ut ea gratanter excipiamus*, Sulp. Seu., Cod. Th., Sid. ep. VI, 2 *gr. habitura*, Facund. def. tr. cap. X, 2 *gr. accipere*, Cassiod. inst. diu. 23 *conuiuiis gratanter intererat*, id. Var. VI, 3 al., inscr., gratantissime Ps. Hier. natiu. S. Mar. 10.

gratificentia: anon. in Iob I p. 122 *solus super omnes . . immobilis gratificentiae et tolerantiae scuto se circumdans*; — cf. *ingratificentia* inf. s. u., et cetera generis eiusdem, ut beneficentia, maleficentia Plin., Lact., Chalc. in Tim. 286, magnificentia, munificentia, *honorificentia* (qua de uoce cf. Rönsch p. 50), *mirificentia*.

2220 **gratificus* i. gratias agens uel referens: P. Nol., Eust. Hex. IX, 3, Cassiod. (Epiph.) hist. trip. IV, 36 *gratificas orationes offerte Deo*.

gratuitas: Tert. cult. fem. II, 8 *an et nobis quaedam respectu obeundae gratuitatis* (uulgo 'grauitatis' ed.) *propter metum debitum Deo detrahuntur?* (ita cod. Agob., tenetque et explicat Rigalt.).

gratuite Cassiod.: uid. inf. 3951.

gratulanter: Rufin. h. mon. 9 *ille cum gratulanter, quae sibi offerebantur, audisset*, Gaud., actt. S. Bonif., Verecund. in cant. Azar. 20 *intolerabilia gratulanter amplecti*.

gratulator: Cic. fin. »loco spur.«, Mart. s., Aug. in Ioann. Ep. ad Parth. tr. 8, 9 *illum fecisti gratulatorem de*

fame interfecta, hunc fecisti imitatorem de exemplo proposito.

gratulatorius: Iul. Val., Capit. (epistula), Aug. ep. 58, 2 *literae*, serm. 193, 1 *festa uox et gratulatoria.*

grauabilis: (act.) Coel. Aur., Cass. Fel. 1 p. 3 *austri capitis grauabiles.*

grauamen: intpr. Orig. in Matth. 95 *grauamen impositum* (oculis), Cassiod., Cod. Iust.

*grauare *aliquem* in aliquo q. accusare: auct. Quer. IV, 1 *cur ita suspicaris? numquidnam in aliquo nos grauas?*

grauatim: Lucr., Liu., Solin. 1, 76.

2230 *grauatio*: Coel. Aur. et salut. praecc. 52, sign. diaet. pass. 24, 62, 99 al.

grauitudo: Vitr., Apic., Hier. in Is. hom. 6, 6 *aurium* al., Coel. Aur. diaet. pass., Isid., N. Tir.

*gregarius *abs.* (sc. miles): Lact. m. pers. 37, 5, Amm. XXVII, 9, 4 *indeflexa saeuitia punientem gregariorum errata, parcentem potioribus*, XXVIII, 3, 1.

gregiculus: Aug. ep. 93, 49 (tam late uastat haec pestilentia animas, ut multum mirer,) *si non etiam uestrum gregiculum penetrauit.*

gressutus: [Aug.] Categ. 7 *animal gressutum, uolatile, aquatile*, ib. 9 s. f., gloss. Hildebr. p. 158 'gressutus, pedester', Thes. nou. lat. Cf. cinctutus, — astutus, cornutus, belutus (beluae similis P. Diac.).

grosse: comp. Aug. De duab. anim. 11, 15 *malui grossius quam scrupulosius definire.*

grossescere: Aldh. laud. uirg. 22, Beda.

grossus adi. q. crassus: locis lexx., ut ed. Diocl., Vulg., Sulp. Seu., Aug., Cassiod., add. Marc. Emp. p. 263 C *aristolochiae grossae*, Pl. Val. I, 38, 55 (cit. et Rönsch), II, 17 (grossior) al., Cassian. Coen. Inst. I, 23, Cass. Fel. 35 *si* (uua) *grossa uel uastior fuerit*, *ut robustitate sua* (Stärke i. Dicke) *faucium impleat partes*, App. h. 126, 1, schol. Iuu.

gruinus Marc. Emp., Pl. Val.: A.

gubernatio: Cic., Sen. ep. 87, 17, Nouat. de Trin. 29, Lact. epit. 68 al., Vulg., [Rufin.] in Am. I ad 5, 1 sq., Aug. in ps. 122, 10 al., Oros h. VII, 1, Cod. Iust. V, 30, 5 al., Nou. 113, 1 al. Ceterum 'de gubernatione Dei' inscripti sunt libri octo Saluiani Massil., qui etiam 'de praesenti iudicio' (Gennad.) uel 'de prouidentia' praetitulabantur.

2240 **gubernatiuus:** Nou. uers. uulg. 99 pr. *sapientia.*

gubernatorius: intpr. Orig. in Matth. 12 *qui didicit gubernatoriam artem.*

guerra: »schol. Lucan.«, auct. de S. Hel. 6 *magna guerrarum commotio inter imperatorem Romanum et imperatorem Constantinopolitanum;* cf. Diez Roman. Wörterb. I³, p. 231.

gufio: Cass. Fel. 33 p. 71 *carbones de gufione uitis facies.* De significatione non liquet.

gulositas: Ps. Aug. ad fratrr. erem. serm. 31 *gulositati per abstinentiam occurrere*, Greg. in I Reg. V, 1, 4.

*gurges ritu poet. pro omni aquarum fluctu (etiam mari) et Hier. ep. 100, 15 *rabiem immitescentium gurgitum portus prohibent* al., Vulg.

gurgitare: Cassiod. in ps. 35, 8 *uino nimio gurgitati mentis oppressione torpescunt;* — in-gurgitare iam uett., ut et aliorum uerborum denominatiuorum, quae praepositionata tantum agnoscit antiquitas, formae simplices apud recc. demum emergunt, u. c. feminare, herbans, heredilare, maciare, nucleare, oculare, riuare, sanguinare, tabutare, albare, altare, dulcare, ebriare, foedare, nigrare, summare, tristare.

gustabilis: Ambr., uers. uet. Ignat. ep. ad Trall. 6, Boeth. (DV).

guttositas: Thes. nou. lat. p. 602, — **guttosus** ib. p. 255, **guttur(i)nosus** p. 252.

gynaecia (sc. medicina) Th. Prisc.: A.

2250 *gyrouagus*: Reg. Bened. 1 *quartum genus est monachorum, quod nominatur gyrouagum, qui . . per diuersas prouincias ternis aut quaternis diebus per diuersorum cellas hospitantur, semper uagi*, »Sarisb.« Cf. areniuagus Lucan., *igniuagus* M. Cap., Coripp. Iohann. IV, 24 (equos sc. Phoebi), it. VI, 371 al., *ludiuagus* inf. 3256, *lustriuagus* (3266), multiuagus ppA, Plin., App., Ven. Mart. III, 432 'murmure multiuago completur cella beati', remiuagus Varr. sat Men., ueneriuagus id. ib., uulgiuagus Lucr., aliaque A p. 4 ad 'altiuagus'.

Haesitanter: Aug. serm. 117, 10 *intelligebas primo titubanter atque haesitanter; intelligis postea certius et clarius*, »gloss. mscr.«

habitatiuncula: Hier. in Abd. 1, 4 sq.

habitatrix: Iul. Val. (l. r. Gg.), Auson., Hier. in Eph. I ad 1, 4 *cum habitatricibus suis* al., Vulg., Rufin. apol. I, 26, Aug. (locos Gg.).

*habitudo *al.* (h. e. non iam exterior): App., Coel. Aur. (DV), corporis mala (cachexia) Cass. Fel. 32 p. 66, 75 p. 179 (plur.) al., cf. p. 179 *et sub difficili temperantia corporis, quam Graeci dyscrasian uocant.*

halatio: Cassiod. in ps. 37, 12 sq. *de uxore sua dicit* (Iob. 19, 17): *halitum meum exhorruit uxor mea. Quid, rogo, extraneorum fastidia, dum halationes eius uxoris caritas sustinere non posset?;* — inhalatio id. anim. 10 'cum suauissimis inhalationibus condiuntur', halatus, us M. Cap., inhalatus, us App.

hamiger: auct. Quer. I, 1 *opportune amigerum hic tridentem uideo.*

harpagare: Plaut., Vict. Vit. pers. Vand. V, 18 s. f. *ut et animas perderet et substantiam harpagaret.*

hastella (ab hastula, astula u. assula): Cass. Fel. 32 *taedae pinguis hastellas minutatim incisas*, Adaman. locc. sanct. II, 11.

hastiliarius: C. I. VI, 1, 3226, cf. ib. 3192.

2260 *hauritorium*: S. S. uet. Io. (Rönsch p. 34), Aug., Gaudent. tr. 16 *ego hauritorium uerbi non habens aquam uiuam sitientibus uobis interim ministrare non possum* (et DV), Aldh. laud. uirg. 9, gl., adi. gl. Isid.

hebdomada: uid. in 1680.

hebetatio: Sen., Plin., Oros. h. IV, 23 *christianis temporibus imputant hebetationem ac rubiginem suam.*

hebetudo: Hier. ep. 147, 3 *cordis*, Aug., Gaud. »tr. 8«, Macr., Coel. Aur. t. IV, 7, 99 al., gl.

Helladicus: Plin., M. Cap. (ap. Gg.), saep. Cassiod. (Epiph.) hist. trip., ut I 4 (r. Gg.) *neque . . Helladici uel Macedones et Illyrici licenter in religione durabant propter Constantinum, qui princeps erat in his partibus Romanorum*, IV, 39 (r. Gg.) *Helladicae ciuitates Illyrici*, VI, 21 *qui Helladicam explanauere prudentiam*, XII, 2 *Xenophon in primo libro Helladicorum.* Proinde in eisdem libris Hellas IX, 38 *tota Hellade* uel Hellada VI, 1 *discurrens uniuersam Helladam.*

*herbarius adi.: C. I. III, 1, 3498 *Siluano herbario* (cf. ib. 3500: Siluano siluestri, 3501 al.).

herĭnus q. hesternus Plin. Val.: A.

herodio (ἐρωδιός): Hier. in Zach. I ad 5, 9 sqq., S. S. Vulg.

hibernum *s.* (inuerno, hiuer): locis ap. Gg. add. Tert. adu. Marc. I, 1, — Cass. Fel. 24 p. 41 *in hiberno*, 33 p. 70 al. (ib. uerno 66 p. 160 al.).

hiera (antidotum quoddam): Scrib., Theod. Prisc. II, chr. 1 *aliqui hieram adhibuerunt, quam alii picram appellauerunt,* ib. 4 *danda hiera*, 6 al., Coel. Aur. tard. IV, 8, 124 *illa hiera quae dialoes appellatur*, I, 4, 117. Eadem corr. *gera* Plin. Val. II, 28 (g. Tyria)ter, 45, gera pro hiera, confectio medicinalis Pap., gerebotane (hiera botane) in gloss. Diefenbach (Suppl. lexici Du Cange, Fcf. 1857) s. u., girapigra s. gerapigra (*ἱερὰ πικρά*) Du Cange s. u.

2270 hilarescere: Varr. ap. Non., Aug. in ps. 62, 16 (r. Gg.) *hilaresco in bonis aperibus, quia semper super me est uelamen pennarum tuarum* al., Primas. in Hebr. c. 1 *sanctorum conscientia . . magis ac magis hilarescit.*

*hinnulus *al.* (*νεβρός*): Ambr., Hier. in Ezech. IV ad 16, 4 sq. *duo hinnuli gemini capreae*, Rufin. Orig. in Cant. III p. 56.

hircigena: Anth. Lat. 682 'de Pane pastore' (Ouidio tributum), u. 2 (r. Gg.) *Cinyphie, hircigena, pernix, caudite, petulce* (in codd. hirpigena). Cf. alienigena Cic., all., amnigena Val. Fl., anguigena Ou., *antigena* gl. ante genitus, Appenninigena Ou., aurigena id., Baetigena Sil., bignae pr (i. e. bigenae), *Caucasigena*, [10] *Christigena*, *Coeligena* Aus., *diuigena*, *domigena*, *Dodonigena*, draconigena Ou., *duodenigena* (-as menses Anth. 197, 3 e corr. Heins.), Faunigena Sil., *flammigena*, *fluctigena*, [20] Graiugena Pacuu., all. p (¿ Graecigena Aug. Ciu. D. XVIII, 18 s. f.), Ianigena Ou., ignigena id., indigena, *Maiugena*, Martigena Ou., *montigena* gl, *Musigena*, *Niligena*, [30] nubigena Verg., all. p, *Nymphigena*, Nysigena Catull., Phoebigena Verg., rurigena Ou., *Saturnigena*, Soligena Val. Fl., terrigena, Troiugena,

Tyrrhigena uel Tybrigena Rut. Namat., [40] *uerbigena*, unigena (et Cic.), — uett. 22 (uel 23), Ouidiana 7 (uel 8). Scilicet non admisimus nisi quae certo in casu recto -gena finita uiderentur, nec posse deriuata esse a -genus, a, um (ut potest esse e. c. serpentigenis Ou., et est profecto monstrigenis . . fluctibus' Auien.).

hirquicomans: auct. Quer. II, 3 p. 32 *noctiuagas celeres capripedes hirquicomantes*, poetae alicuius uersum, ut uidetur, intexens.

hirsuticosus: Thes. nou. lat. p. 276.

historialis: Aug. Ciu. D. X, 32 (r. Gg.) *nondum in suam notitiam eandem uiam historiali cognitione perlatam*, Rufin. Orig. in Gen. hom. 7, 5 intellegentia, h. 17, 7 *quod de historiali Iuda interpretari nulla mihi ratio uidetur posse permittere*, id. Orig. princ. IV, 1, 12, 16 al., intpr. Orig. in Matth. 27 *historiales narrationes*, Sidon., Boeth., Isid. alleg. 21; *historialiter* Philastr. haer. 107 *septuaginta anni captiuitatis populi . . etsi historialiter accipiuntur . ., tamen hoc etiam spiritualiter intellegendum est*, Paulin. bened. (DV), an. in Iob I p. 60 *non poterant haec historialiter scribi . . aliter . ., nisi ut personae recitarentur quasi ad inuicem respondentes*, Salon. exp. in Eccles. p. 1007 (t. LIII) M., »Ps. Eucher., Isid. off. eccl.« (Quich.), id. prooem. 63 et saepe, schol. Bern. et Verg. Buc. (praefert Gg.).

historice: Plin. ep., saep. Hier., Aug., ut Ciu. D. XVII, 3, 2 al. (opp. allegorice . .).

historiola Gild.: A.

hiulcatio: Cl. Sacerd. ars gramm. I p. 454 K (r. Gg.) *hiulcatio est, si finiatur in uocalem oratio et excipiatur a uocali, quod facit hiare dictionem, ut 'insulae Ionio in magno'.*

holochrysus adi. Marc. Emp.: A.

2280 **holosericatus:** Aug. in ps. 85, 3 *et holosericatis et pannosis.*

holouitreus: Actt. S. Sebast. 16, 54 (cubiculum), »Primas. in Hebr. 10«, gloss.

homicidalis: anon. in Iob I p. 101 (nr. 1148), Aug. serm. »8, 7« (nunc Gg.); — *homicidialis* intpr. Iren., intpr. Orig. in Matth. 25, cuiusmodi uariantiae exempla sunt etiam *praesidalis* et *praesidialis*, parricidalis et *-ialis*.

homicidium: Sen. contr. I, 2, 4, 6 . ., cett.

homileticus: Hier., Rufin. prol. ad Orig. in Num. p. 10 L. (stilus).

homonyme: Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 48 *scimus homonyme usurpari nomen hoc* (deus) *posse*: *'sunt quippe dii multi . ., nobis tamen unus est Deus'* (I Cor. 8, 5); adi. Quint. (neutr. subst.), Rufin. Orig. in ps. 36 hom. 4 *quid necesse est enarrare per singula, quomodo interior homo exterioris hominis homonymis appellationibus nominetur? Arma exterior homo et interior habet* etc., Prisc., Consent.

homullulus: Prisc., Aldh. Septen. p. 224 M.

honorabilis: Cic. s., Amm. s., Hier. in Is. XII ad 43, 1 sqq., Vulg., Aug.

honorificabilis: Adaman. locc. sanct. III, 3 *honorificabilibus lignis* (Dominicae crucis), — *honorificare* S. S. (et Vulg.), Lact., Aug., Sulp. Seu., intpr. Orig. in Matth. 95 *nec enim fuerit adhuc honorificatus*, an. in Iob I p. 36 *ut . . honorificarent secum Dominum.*

honorificentia: scrr. hist. Aug., Arnob. III, 3, Ambr., Symm., Hier. ep. 148 (dub.), 30 *debitam honorificentiam uiro exhibe*, Vulg., Rufin. Orig. in Cant. III p. 22 *maiori cum honorificentia matri deferenda est dilectio* al., Aug. serm. in circumcis. p. 1135, all.

2290 *horcista* corr. pro orchesta (non »orchestra«): Cassiod. Var. IV, 51 *his sunt additae horcistarum* (pantomimos dicens) *loquacissimae manus* (. . silentium clamosum, expositio tacita, . . ostendens homines posse etiam sine oris affatu suum uelle declarare); cf. orcistra Isid. Or. »XVIII, 43« (ubi tamen et Areual. et Otto: orchestra).

horribilitas: Greg. in I Reg. III, 5, 9, thes. nou. lat. p. 270.

horriditas: Thes. nou. lat. p. 270.

horripilatio: Vulg. Sirac., Cass. Fel. 21 p. 33 (empyici) *inprimis dolores sentiunt cum horripilatione* (γρ. oripilatione), ib. p. inf. (cf. Du Cange).

hortatiue: Porph. ad Hor. Epod. 16, 24 (non, ut corrigere nos sibi uisus male Gg., 23) *hoc iam hortatiue dicitur.*

hortinus: Cass. Fel. 45 p. 113 *cucumeris hortini*, 29 p. 56 uiolae, ib. p. 58 feniculi, 49 p. 129, 62 p. 155 al., — Hortinus a Horta Verg. (hortensis Cass. Fel. 75 p. 182 pastinaca).

hortulanus s.: S. S. uet. (s. et Vulg.), App., Tert., Hier. ep. 65, 1 al., Macr., inscr.

*hospitale s.: Vitr. hospitalia (sc. quae sunt in aedibus priuatis), *i.* publicum xenodochium Paul. Diac. uita S. Greg. 29 *quos per xenodochia seu diaconias uel hospitalia stipendiis alendos ecclesiasticis ordinauerat*, gloss. *κατάλυμα.*

hospitiarius s.: Thes. nou. lat. p. 272.

hospitiolum: Vlp. Dig., Hier. (ut et in Is. XVI ad 58, 6 sq. *ut, si tuam* (domum) *non habes, inducas in hospitiolum, quod uel mercede conductum uel beneficio possides*, cf. H p. 46), Adaman. uit. Col. III, 2 *ab ecclesia ad hospitiolum reuertens* al.

2300 *hostilitas*: testibus quos cit. Quich. et DV auctoratior et praeter Siricium antiquior est Sidon. ep. V, 3 *tempore hostilitatis.*

*humanitas *meton.*: App., Minuc., Arn., Hier. ep. 55, 5 *humanitatem hoc loco dicimus non mansuetudinem et clementiam* (Menschlichkeit), *sed omne hominum genus* (die Menschheit).

humaniter: pr, Cic., Ianuar. Nepot. 9, 3.

humatio: Cic., Plin. XXII, 4, 8 *ipsa humo et humatione etiam cedere.*

humecta correpta., ut uid., ex humectatio Th. Prisc.: A.

humectatio: Coel. Aur. (etiam salut. praec. 42), Cass. Fel. 18 *modica humectatio sudoris*, 33 p. 68 al., Cassiod., Isid., Muscio gynaec. I, 58.

humerale: Paul. Dig., Vulg. Leu. (: de super humerale imposuit, sc. pontifici), Hier. in Ezech. XII ad 41, 1 al. (al. *superhumerale*), Rufin. Orig. in Exod. h. 9, 4 *accipiat humerale gemmatum* al.

humerosus (humor): [Fulg.] serm. 9 *exsiccauit de illa* (naue confracta) *humerosam sentinam.* In procliui est corrigere: humorosam (*humorosus* Coel. Aur. acut. II, 10, 66 'humorosis corporibus', id. signif. diaet. pass. 99, Cass. Fel. 46 p. 117, App. herb. 5 'in humorosis locis', Anthim. 62 al.), at cf. foeterosus (nr. 2037), facinerosus.

humerosus (humerus): Colum. de re rust. III, 10, 5 *non debet ultimum flagellum* (caput uitis, ut est ib. 5, 1) *quasi fecundum obseruari, . . sed id sarmentum, quod media uite situm . . hic surculus translatus rarius degenerat, cum ex deteriore statu meliorem sortitur . . itaque custodiemus, ut a praedictis locis* (h. e. a mediis), *quos humerosos* (i. e. non summos, sed depressiores, submedios) *rustici uocant**), *semina legamus, tamen quae*

---

*) Cf. Colum. VIII, 8, 7 *genus accipitris, tinnunculum uocant rustici*, IX, 4, 2 *nostratis cunilae, quam satureiam rustici uocant*, II, 4, 8 (liras rustici uocant . .), VIII, 5, 4 *glocientibus: sic enim appellant rustici aues eas quae uolunt incubare*, VI, 5, 3 *radiculam,*

attulisse fructum antea animaduerterimus; nam si fetu uacua sint, quamuis laudabilem partem uitis nihil censemus ad feracitatem conferre malleolo. Cf. Colum. de arbor. 3, 1 'semina . . optima habentur a lumbis (uitium), secunda ab humeris, tertia summa in uite lecta', ib. 20, 1, Plin. XVII, 24, 105 'Vergilius a cacumine inseri uetat, certumque est, ab humeris arborum orientem aestiuom spectantibus surculos petendos'.

humerulus: Hier. in Ezech. XII ad 41, 23 sqq., Vulg.

2310 **humiditas** (*humidité*): Eust. Hexaem. IV, 5 *aqua . . gemina illis qualitate coniungitur, . . per frigiditatem terrae, per humiditatem aeri*, Thes. nou. lat. p. 266.

2310* humifer: Cic. p, Hier. (?) uer. circumcis. 14 *humifero esu, melleo tenuiter sudore saturatur.*

humiliare: Tert., S. S. Esdr. (?) ap. Lact. inst. IV, 18, 22, Ambr., Hier. ep. 130, 12 *si humiliaueris te sub potenti manu Dei* et saepe, Vulg., Rufin. Origin. princ. II, 9, 3 al., an. in Iob I p. 67, Sid. ep. I, 11, *humilare* S. S. uet., Coripp., *humilitare* Amm. XXIX, 2, 15 et XXX, 4, 2 (r. Gg.), »Aug.«, Cass. coll. VI, 9, schol. Cic.

humiliatio: Tert., Hier. adu. Iouin. II, 15 al., Hier. (?) in Iob 161, Vulg, Rufin. Orig. in Rom. V, 4, id. eiusd. in Iud. h. 3, 1, intpr. Orig. in Matth. 10, Aug. sanct. uirg. 19

---

quam pastores consiliginem uocant, VII, 5, 21 *mentigo, quam pastores ostiginem uocant*, VII, 9, 7 *degeneris arundinis, quam uulgus cannam uocat*, VIII, 2, 4 *Medicum, quod ab imperito uulgo litera mutata Melicum appellatur* (cf. Varr. r. rust. III, 9, 19) al.

quasi Susannae bonum Mariae sit humiliatio, serm. 363, 2 al., Cassian. Coll. VII, 29, 31, all. et gloss.

*humilitas (Demuth): Tert. cult. fem. II, 3 *exaltatio non congruit professoribus humilitatis ex praescriptis Dei*, ib. 9, Lact., Vulg., Sulp. Seu. Mart. 2, 7 al., all.

humorosus: uid. 2307.

hydri Plin. Val.: A.

*hydrops **transl.**: Cl. Mam. an. III, 7 (r. Gg.) *postquam hydrops superbiae tumuit*, Sidon. ep. IX, 9 (it.) *quaenam est cuiquam peritiae ceruix tanta, quiue hydrops, ut . .?*

hymnidicus: Faustin. presb. (sec. IV p. med.) »Trin. 4«, Coelestin, pap. (423-32) ep. 25, 16 *quos hymnidici nostri* (i. e. psalmistae) *prosequitur manifesta sententia*, Cassiod in Psalt. praef. s. f. *exsultationibus hymnidicis totam gloriam Sanctae Trinitatis concelebrant*, in ps. 60 s. f., in 67, 5 al., Greg. M. (cf. Ducange).

hymnificus: Adaman. locc. sanct. I, 10 *hymnificas laudes Christo referunt.*

hymnista: Aldh. laud. uirginit. 18 *dulcem melodiam hymnista modulaturus.*

2320 *hymnizare*: Aug. in ps. 33 serm. 2, 22 *nonne illi in ignibus hymnizabant . .?*, intpr. Iren., Thes. nou. lat.

hyperbolice: Hier. in Is. II ad 5 (non 6), 25 et saep., cf. DV.

Ibicinus (ibex) Pl. Val. (r. Gg.): A.

iactabundus: Gell., Hier. Orig. in Ezech. hom. 8, 3 *incedunt iactabundi super diuitiis eius*, id. Orig. in Ierem. hom. 7.

iactant*er*: Tac. (sed compar.), Amm., Hier. ep. 112, 11, Aug. c. Iul. V, 9 *arma tua obtusa iactanter uentilas* al., Cassian. Coll. XXII, 7, Ennod. uita Epiph. p. 365.

iactanticulus: Aug., an. in Iob I p. 62 *omnes magniloqui, iactanticuli*, schol. Iuu.

2325* iactitare: Liu., Tert. adu. Marc. I, 9 al., Iul. Val., Hier. in Ez. IX ad 29, 3 sqq. *quod fluuios et riuos Nili a se factos iactitet*, X ad 33, 23 sqq. et saep., Sulp. Seu.

ianitor: Plaut. Asin. 390 al., Afran. 392 ante Cic. et cett.

*ibidem: temp. Verg. »G. III, 500« (an »ebendabei«?), Tert. saep., ut carn. Chr. 7 *uel retro cognitos uel tunc ibidem compertos*, an. 25 *ferrum ignitum et ibidem frigidae immersum*, 19, apol. 2 *ne compulsus negare non ex fide negarit et absolutus ibidem post tribunal de uestra rideat aemulatione iterum Christianus?*, 23 p. 215, adu. Valent. 3 et 7 al. Cf. Hand Turs. III p. 170 (et 165, II, 1), Oehl. ad Tert. fug. in persec. 1.

ictuare: Thes. nou. lat. p. 287.

identitas: Candid. Ar. ep. ad Mar. Vict. 2 (et DV) *habere ex ipso identitatem naturae*, Mar. Victorin. adu. Arium I, 59 al., Vigil. Taps. Trinit. X p. 273 (t. LXII) M. *propter identitatem Deitatis*, Felix papa ep. 3, Rustic. (DV), Boeth.

2330 *idoneitas*: Aug. serm., Hier. (?) ad am. aegr. ep. I, 7 *quae transscendat idoneitatem nostrae uirtutis*, Cassian. Coll. III, 15 *minus latine, sed expressius . . 'idoneitas nostra ex Deo est'*, Boeth. Arist. Anal. pr. I, 32.

ieiunare: S. S., Philastr., Th. Prisc. IV f. 313a, Hier. ep. 84, 9 et saepe, Aug., Cass. Fel. 58 p. 147 *ut die qua accessionem patiuntur ieiunent, et die anetica recipiant* (sc. cibum), Sidon., all.

ignarius adi.: lapis Marc. Emp. (p. 394 F), Hier. (?) in ps. 96 *lapis qui uulgo uocatur ignarius . . si cum alio lapide collisus fuerit, medius ignis excutitur*, ib. sup.; gloss. Isid. (ed. Areu.) legitur igniarius, et ita igniarium s. Plin., gl. Labb.

ignire: uerbi finiti exempla praeter ea quae sunt ap. DV (Rufini, Prud., Oros., Chalc., postt.) habemus S. S. uet. »Ps. 65, 10 et 19«, Cypr. ad Fortun. 11 (igniri), Rufin. et Orig. in Rom. VI, 3 (igniuit), Aug. (ap. Gg.: ignisti, igniuit).

ignitosus: Adaman. locc. sanct. III, 6 (montem) *nocte ignitosum, die uero fumosum.*

igniuagus: uid. nr. 2250.

igniuomus: Coripp. Ioann. VI, 23 *Africus igniuomus terras exurere flabris incipit*, Venant. (?) resurr. Dom., gl. (Ven. carm. cit. Gg.).

*ignominiosus person.: Petr. 116 *inter ignominiosos latitat*, Quint., Tac., Suet., pstt.

ignorabilis: Plaut., Cic., Gell., App. ss. ll. (App. et adu.), Tert. adu. Marc. III, 6, Hilar. Trin. II, 7 *usque adeo non est ignorabilis* (diuina generatio Filii), *id est non ignoratur, unde sit* al., Boeth.

ignoranter: Cypr., Vulg. Sirac., Rufin. Orig. in Leuit. h. 9, 9 *qui ignoranter homicidium commiserunt* al., Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 9 *Manichaeo te ignoranter quidem, sed instanter tamen . . suffragari*, c. Faust. XIV, 10 in., c. duas. epistt. Pelag. III, 3, 5 al.

2340 *ignoscentia*: Gell., Tert. poen. 7 *clausa ignoscentiae ianua*, intpr. Iren.

iliacus (cf. A p. 36) et Cass. Fel. 51 p. 134 (passio), id. 51 p. 131 *ilio*, 46 p. 116 *iliorum* (cod. Par.).

iligineus: auct. Quer. II, 1 *domus . . iligineis foribus*, — iligneus Cat., Col.

illaedere (in -laedere): Dracont. carm. de Deo II, 172 (Africus interea motus uirtute iubentis) *illaesurus* (i. non laesurus) *adest nulla comitante procella.* Cf. indecere Plin. min., *inoboedire* S. S. ap. Tert. (inobaud.), Hilar., Ambr., intpr. Iren., *inquiescere* Hilar., trans. inc. idiom. cas. p. 569 K (et DV), et inf. 2561.

illaedibilis: Isid. ord. creat 10, 9 *corpus immortale et inuulnerabile et illaedibile*, — *illaesibilis* Tert., Lact.

illapsus, us: Col., Sil. III, 463 (non 363), Ambr., Cassian. inc. Chr. II, 6, Ps. Hier. assumpt. B. Virg. 5 *coelestis plane imber in uirgineum uellus placido se infudit illapsu.*

illaqueatio: Isid. ep. 6, 3 (in dubiis etiam praeceptis . . oboediendum est . ., nisi ex manifesta praelati infamatione in praecepto iuste possit haeresis suspicio prouenire.) *De similibus quoque illaqueationibus idem uidetur.*

**illatio*: spec. (ut uectigalis, tributi, uel sacrificantium) »S. S. uet. Exod.« (DV), Valer. imp. ap. Vop. Aur. 9 (r. Gg.) *illationes prouinciarum*, Nouat. cib. Iudaeor. 2 *diuinae legis congruens et spiritalis illatio*, Arn. IV, 30 (r. Gg.) *cultus uerus in pectore est . . nec quidquam prodest illatio sanguinis* (i. e. hostiae), Hier. in Ezech. VIII ad 27, 21, Cod. Theod. XI, 1, 2 *tributorum* (r. Gg.) al., Cassiod. Var., hist. trip. IX, 32, trnsl. Aug., [Rufin.] in Os. I ad 2, 14 sqq. *prosperorum*, ad 4, 14 *calamitatis ultimae.*

illaudandus: Ps. Tert. adu. Marc. III, u. 181 (habet DV; at non, ut Gg., Tert. adu. Marc. III, 6), Cassiod. Var. VIII, 20 *bonorum omnium breuis est definitio, uitare quae fecit, quoniam uere illaudanda sunt, quae suo iudicio comprobauit.* Cf. 2438, 2528, 2470*, 3067*.

illectamentum: App. apol. (102 al.), Cl. Mam. an. II, 7, 6.

2350 **illectio:** Cassiod. in ps. 120, 8 *ne . . blandimentorum illectione seducantur;* — illectatio Gell. (cf. A n. 68).

illibatio (in -libatio): Hier. (?) ad amic. aegr. ep. II, 5 *Maria . . cuius pudoris illibatio conceptum uteri sine damno uirginitatis expressit*, an. in Iob I p. 111 *'orauit ad Dominum' sensus illibationem, mentis integritatem, ani-*

mae sanitatem. Eiusdemmodi sunt *im-memoratio* Vulg., *impalpebratio* Coel. Aur., *imparatio* (stomachi) Marc. Emp., *imperfectio* Rufin. in Cant. II p. 419 *imperfectionem et infirmitatem*, Aug. in Gal. 12 al., *imperturbatio* Hier. (uertens *ἀπάθεια*), *incircumcisio* Hier. (2525), *incircumscriptio* Hilar., *incoadunatio* Arn. iun. (2536), [10] *incognitio* Isid. (2540), *incompositio* IV Esdr. uers. antiquioris, *inconcussio* act. S. Ignat., *inconnexio* Iul. Rufinian. (intpr. *ἀσύνδετον*), *inconsideratio* scrr. sec. V (s. u.), *inconstabilitio* Vulg. IV Esdr., *inconsummatio* Tert., *incorruptio* S. S., . . (2603), *incriminatio* Tert., *indefinitio* Nou. (2632), [20] *indemnatio* gl. Cyr. i. indemnitas, *indeterminatio* Mar. Vict., *indeuotio* Ambr., Salu., Cod. et Nou. Iust., Alcim., *indigestio* Gargil. (?), Veg. u., Hier., all. (2657), *indisciplinatio* S. S. ap. Hier., postt. (2660), *indiscretio* Hier., Rufin. Orig. in Gen. h. 17, 5 *stupore tantae Patris et Filii unitatis atque indiscretionis attonitus* al., Coripp., *indissolutio* gl., *indiuisio* Boeth., Isid., *ineruditio* Vulg. Sirac., *ingratificatio* an. in Iob (2778), [30] *iniustificatio* intpr. Ignat., *inobauditio* S. S. Col. 2, 14 ap. Pacian. baptism. 7 (habet DV), *inordinatio* App., . . (2841), *insemitatio* gl. (*ἀνοδία*), *insensatio* intpr. Iren., *intemperatio* S. S. uet. »Esth. 13, 14«: in intemperatione, *inuisio* Boeth., *irrecogitatio* Tert., *irreligio* App., — praeuio — an praedeuio? — Cicerone, qui singulis locis immoderatio (exemplo abusos recc. uid. inf. s. u.) et (nulli, quod adhuc sciam, complacitum) infinitio scripsit, adde auct. ad Her. inapparatio. Cf. iniussu, *inuocatu* Fronton., incultus Sall., Liu. (per incultum ac neglegentiam), et in -tor, -rix *in- tentator* Vulg., Aug., et prorsus barbare *insatiatrix* Ven. pro insatiata, *inuictrix* inscr. pro inuicta, — praeterea alia quaedam cum in-

priu. composita substantiua rara in suo quaeque genere, ut insatietas Plaut., *imbonitas* Tert. (non comparente nimirum imbonus, *innatiuitas* inf. 2813, *impoenitudo*: 2440, — *innotitia* Vitr. III pr. 3 (r. Gg.) 'si propter innotitiam artis uirtutes obscurantur', Gell. (*impigritia* Non., Ambr. fort. est ab impiger, *inabstinentia* Ennod. potest esse deductum ab inabstinens, quod in gloss. habetur), — *incautela* (2510), *indisciplina* Boeth., inquies Plin., Gell., Tert., *indigeries* (2655), et, quamuis antiquitus usitatum, intemperies. Cf. et 2626*.

illicenter Innoc. pap. epist.: A p. 18*.

illicitatio: Cassian. Coll. V, 6 *ipsa illicitatio et figura tentationum*, 4 *sine cuiusdam materiae illicitatione* (locos r. Gg.), — illectatio Gell., illectare Ambr., Aug., Ps. Tert. carm. adu. Marc., all.

innouare: Cic. s., Solin. pr. 5 *opiniones eligere potius quam innouare*, Tert. adu. Val. 4, Minuc., Dig., Lact., Veg. u., Hier. in Is. XVI ad 58, 12 *ubi iuxta LXX interpretati sumus, ne quid innovare uideremur*, al., intpr. Orig. in Matth. 143 *magis innouabat monumentum illud nouum*, Cod. Theod.

2820 *innouatio*: App., Tert., Mar. Vict., Hier. in Eph. I ad 2, 15 sqq. al., Vulg., Rufin. Orig. in Rom. IV, 7 *totius creaturae*, id. bened. I, 6 al.

innoxietas: Nou. 119 pr. *innoxietas atque indemnitas nostris collatoribus custodiatur.*

innubilare: Solin., Firm. m. VI, 31 *sed et facies eorum tristis semper uultus innubilat*, Aug., Zosim. pap. (417 p. C. sq.) ep. 3, 7 *totam Africam . . innubilant ad libidines suas duae pestes.*

innumerosus: Hilar. in ps. 122, 6 *quibus dii plures sunt innumerosique domini*, Iuuenc., Petr. Chrysol. serm. 81 *inter miracula innumerosa signorum Christi et multimoda passionis eius genera*, Cassian., Coripp. Cf. 2371.

inobdormibilis: Ignat. ep. ad Polycarp. 1 *uigila, inobdormibilem spiritum possidens.*

inoboedientia: S. S., Tert., Hilar., Ambr., Hier. quu. hebr. in Gen. 22, 20 al., Rufin. Orig. in Cant. II p. 415 al., an. in Iob III p. 232 *propter inoboedientiam eorum*, Aug., P. Nol., intpr. Iren. (cf. DV et Rönsch p. 217).

inobscurabilis: Tert., Aug. in ps. 41, 2 *in illius luce lumen inobscurabile.*

inobseruanter: (*ἀφυλάκτως*) Ignat. ep. ad Trall. (uers. uet.) 6.

inobumbrabilis: Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV 5 *ueritas.*

inolitus: Iul. Val., Vulg., Fulg. Rusp. ad Trasim. I, 4 *inolitam uetustatem demere*, Cssd., inoleuisse trans. Gell., Aus., inolescere Eust. Hexaem. IV, 1.

2830 **inonustus:** Nou. uers. uulg. 59, 7.

inoperare: Rufin. Orig. de principp. I, 3, 7 *hoc, quod donum Spiritus dicitur, manifestatur per Filium, et inoperatur per Deum Patrem*, »Petr. Diac. incarn. 3 (inoperasse) et eadem Fulg. ep. 16«, inoperatus part. perf. pass. Ambros. (cit. Gg.). Sed Rufin. in eodem illo opere al. inoperari deponentium more, citante De-Vit, ut et Tert. adu. Marc. V, 17 'inoperatus est in Christum ualentiam suam' II, 11, Hier. in Ezech. h. 10, 1.

inoperator: Ps. Hier. indicul. haer. 39 *qui . . semper inhabitatorem et inoperatorem habuerit deum.*

inopertus: Sen., Hier. ep. 64, 13 *tertiam partem* (capitis) *a fronte inopertam relinquit*, Prud.

inopinanter: Suet., Fulg. myth. I p. 25 M.

inopinate: Aug. c. Faust. XXII, 50 *cum repente atque inopinate . . reuocaretur*, Conf. VIII, 6, 14 (r. Gg.) al., »intpr. Iren. IV, 33, 4«, Chalcid., Cassiod. (Epiph.) hist. tripart. III, 7 *sic inopinate nos adiit, ut . .*, ib. V, 35 (ex edd. Liu. et Sen. expunctum).

inopportunus: (quod uocabulum Cic. Orat. III, 5, 8 et II, 5, 20 aliquot codd. ostendunt pro eo quod in edd. est importuna et -num) Oros. c. Pelag. p. 618 (r. Gg.) *inopportunam historiam obscenissimo sermone contexens*, id. hist. VI, 12 *inopportuna libertas*, — et adu.

inopportune: Aug. c. Faust. XXII, 72, quu. euang. II, 18 (locos r. Gg.); — inopportunitas Idac. Chron.

inoptabilis: App., Hier. Orig. in Is. hom. 6, 1.

inordinabiliter: Ps.-Soran. quu. medic. 184 (palindromos pulsus) *aut ordinem ascensus ac descensus immutabiliter custodit*, *aut inordinabiliter hoc perficit*, id. puls. p. 279 Rose (r. Gg.); adi. non comparet.

2840 inordinate: Cels., Cypr. ep. 73, 14 *de fratribus inordinate et contra ecclesiasticam disciplinam ambulantibus* (cf. S. S. Vulg. »2 Thess. 3, 6«), Rufin. Orig. princ. I, 1, 6 *uidetur . . corpus humanum . . uelut quadam sui inaequalitate motus mentis incomposite inordinateque suscipere*, Aug. c. Faust. VI, 9 *uiuere*, id. serm. 302, 14 (damnatum non licere feriri nisi ab illo, qui ad hoc militat — i. e. a quaestionario s. carnifice —) *inordinate ferire homicidium est*, id. unit. eccl. 20, 53, inc. quu. ex uet. Test. 1 (at non »Ps. Cypr. sing. cler. 2«); — inordinatus Cic. (neutr. sing. s.), Liu., Curt. s. (V, 13, 11), Plin. XXII, 45, 91 (DV), Quint., App. M. II, 9 al., Hier. in Luc. h. 25 *quam inordinatam et irrationabilem caritatem cauens* al., Rufin. Orig. in Cant. III p. 19 al., Oros. h. IV, 16 *immaturae inordinataeque militiae*, Coel. Aur. t. I, 4, 67, Cass. Fel. 21 p. 33 *febres*, all.

inordinatio: App. s., Vulg. Sap., Rufin. Orig. princ. II, 10, 5, Aug., Chalcid. in Tim. 350, 351, Cassiod. in ps. 135, 5 *quia nulla confusione, nulla inordinatione . . creati sunt*, Cod. Iust.

inquantumcunque: Aug. Conf. XII, 6, 7 *unde utcunque erat, nisi esset abs Te, a quo sunt omnia, inquantumcunque sunt?*

inquiens: (inquam) Hier. in Eccl. 3 p. 409 *miror quomodo uir disertus rem ridiculam in hoc loco dixerit, de destinatione, inquiens, et aedificatione domorum Salomonis sermo est*, 4 p. 425, quu. hebr. in Gen. 22, 13, in Ezech. comm. XIV ad 46, 12 sqq., in Matth. I ad 1, 18, in Luc. hom. 20 (inquientem), anon. in Iob III p. 206 *putatisne, inquientes, unde haec uniuersa obuenerunt?*, Cassian. Coen. Inst. V, 21 al., »Cl. Mam. an. I, 3, 4 *inquiens scriptum: Domine, ne* . . (Ps. 37, 2)«, Rustic. c. Aceph. p. 1188 *inquientes, sicut unus est homo, sic* . ., 1211 D, »Ps. Cypr. XII abus. 3 p. 155 Hartel, Greg. M. ep. VIII, 24, XII, 8«, Adaman. Columb. III, 3 *taliter ad eos inquiens: si uos, ait, uideretis* . ., id. locc. sanct. II, 6, III, 2, Aldhelm. ep. 1; *inquio* Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 9 *si igitur, inquio, non nisi per sexum fetus* . ., Rustic. c. Aceph. p. 1250, »Greg. Tur. de mirac. 5 Iul. 45 p. 882 Ruin.«, Vel. Long. ap. Cassiod., Prisc. et Eutych., quorum opiniones Neue lat. Formenl. t. II, p. 612 sq. affert, usus testimoniis nullis.

inquietudo: Solin., Lact. mort. pers. 48, Marc. Emp., Hier., Rufin. Orig. in Gen. h. 2, 1, Oros. h. IV, 18 *quia inquietudo morborum in castris erat* (et grauissima pestilentia uterque exercitus angebatur), id. ib. III, 18 in., V, 1 al., Coel. Aur., Ruric. ep. II, 6, Cod. Iust.

inquilinatus, us: Tert., Aug. in ps. 38, 21 *gaue domus est, quo migrandum est ex hoc inquilinatu?* al., Cod. Theod. XII, 19, 2, Sid.

inquinatio: Vulg. Sap., Aug. mus. VI, 43 *inquinationem et aggrauationem animae,* id. mor. Manich. 16, 51 al., Herm. Past. III, 10, 3 (et DV).

insalare: S. S. »Marc. 9, 48« *insalabitur* (Vulg. salietur), Anthim. 12 *carnes bubulinae insalatae non sunt congruae, . . quia pinguedo . . de sale defluit, et deueniunt siccae ipsae carnes* (a lexicis abest).

insalubris: (-ber masr. Plin. s.) Sen. dial. VI, 17, 5 *grauis et insalubris aestas*, Col., Curt., cett.

2848* **insalutaris:** Hilar. in ps. 118 l. 13, 11 *cupiditatum insalutarium febris.*

insanabiliter: testimoniis lexx. add. post »S. S. uet. Ierem. 8, 17«, si recte cit. DV, ceteris locupletius Aug. c. Cresc. II, 12 (errare).

2850 **insanifusor:** Aug. c. Faust. XIX, 22 interpretans nomen Manichaeum, tanquam a *μανία* et *χεῖν* deriuandum.

insatiabilitas: Amm., an. in Iob I p. 83 *per insatiabilitatem atque petulantiam.*

insaturabilis: Cic. s., Vulg. (ap. Gg.), Cassiod. inst. diu. 33 *insaturabili dolore.*

insauciatus: Ambr. (Quich.), Cassian. Coen. Inst. VI, 4 *quos . . securos et insauciatos semper exsistere non posse* al.

inscalptio: Iul. Valer. II, 28 *Cyri conditorium erat lapide uisendo, cuius siue natura perspicua, siue inscalptio adeo tenuis erat ut . .*

inscissura: Greg. Fur. Hist. Franc. X, 16 *de illa inscissura quae pallae superfuit.*

in-scrutabilis: Hilar. Trin. VIII, 38 *inscrutabilium iudiciorum* (Dei) *confessam inintelligentiam et ininuestigabilium uiarum demonstratam ignorationem* (Rom. 11, 33) et p. inf., Vulg. Ier. 17, 9 al., Aug., Prosp.

inscrutatus: Martyr. p. 167 *haec inscrutata relinquimus.*

in se i. una, simul C. I. III, 1, 2534 *D*(is) *m*(anibus) *P. Statio Vitali et Statiae Fortun*(a)*tae, qui uixerunt anno*(s) **XXXV** *in se P. Statius Vetu*(stus) *filius p*(osuit), 2113 (cf. ibi annotata), V, 1, 3996 (sup. s. u. coniugius) et al.

insectare: Plaut., Primas. in Apoc. IV ad 17 *odio insectabunt meretricem*, — sectare Varr., S. S. uet. 1 Tim. (Rönsch p. 299), Isid. eccl. off. II, 5 ex. (r. Gg.) *qui ista sectauerit.*

2860 insectator: Liu., Quint., Amm. XXVIII, 4, 1 *calumniarum*, Eges. B. Iud. I, 41, 4, Aug. in ps. 55, 10 al., Paulin. bened. patr. 6, 1.

insectio: (insecare) Ps.-Soran. quu. medic. 235 *quibus insectionibus singulae partes obaudiunt? rectis incisionibus obaudiunt crura et collum . ., caput autem . . et subuentralis pars inferius planis insectionibus.*

inseducibilis: anon. in Iob II p. 188 *ipse ille immobilis, indeclinabilis, insubuertibilis, inseducibilis;* — **adu.** intpr. Orig. in Matth. 43 *animae, quae propter infirmitatem . . non possunt inseducibiliter permanere in conspectu abominationis desolationis*, gloss.

insensatus: S. S. saep. Hier., in Ezech. h. 5, 5 *nos insensati nolentes ea discere, quae nobis incutiant metum* al., Rufin. Orig. princ. IV, 1, 4, intpr. Orig. in Matth. 39 *pseudoprophetae multitudinem insensatorum fallentes*, Aug., intpr. Iren., Herm. Past.

**insensibilis*: act. Arn. II, 28, Lact., Hier. in Eccl. 7 p. 442 *ne se dicat insensibilem et stolidum a Deo esse generatum*, in Is. II ad 5, 14 sq. al., Rufin. Orig. in Leu. 13, 5 *structuram lapidum insensibilium;* — *adu.* Mar. Merc., Cassian., Cass. Fel. 46 p. 116 *urina per guttas insensibiliter excluditur* al.

insensibilitas: uid. 2867.

insensilis: Lucr., Arn. VI, 15 *quae insensilia fuerunt paulo ante, facit ut sint uiua*, Chalc. Tim. 26.

insensualitas: Aug. c. Faust. XV, 4 *per lapidis insensualitatem significatum est cor non intelligens, et per carnis sensualitatem significatum est cor intelligens*, gen. ad lit. op. impf. 5, 24 *insensibilitas quaedam uel si melius insensualitas dicitur* (insensualis Cassiod. res). Vocem 'insensibilitas' praeter Aug. l. l. usurpant Ambr., Mar. Merc. Nest. c. Pelag. tract. 3, 2, [Aug.] Categ. 18 *insensibilitatem, quam Graeci ἀναισθησίαν uocant*, Cl. Mam. an., Cass. Fel. 63 *sensuum pressura somno similis, insensibilitas*, 65 p. 158, 71 p. 169, Boeth., Isid. quu. in Exod. 31, 1, Ps.-Soran. quu. medic. 208.

inseparabilitas: Rufin. Pamph. pro Orig. p. 333 *de inseparabilitate Eius a Patre*, Aug., Faustin. »Trin. 8«.

inseparabiliter: Lact., Mar. Vict., Hier. Didym. spir. snct. 4 al., Rufin. Orig. princ. I, 2, 7 al., Aug. serm. 52, 15 (inf. 4952), Macr., Ps. Hier. assumpt. B. Virg. 13 p. 143.

2870 *inseparatus*: Tert., an. in Iob III p. 214 (in 2671), Maxim. Taur. serm. 48.

**insertio*: Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 102 (te id, quod fueras propulsare conatus, statim absolutis arripuisse sermonibus,) *etiam illorum scriptorum, quae ad Bonifacium miseras, insertione patefeci,* Chalcid.

insessio: Cassiod. in ps. 21, 12 *obsidio dicta est quasi hostium insessio, id est hostilis circumdatio* (sim. insessor q. obsessor, insidiator Symm. uiarum, Merobaud. Libyes, P. Diac. Fest. (p. 111), al. ac propr. Iul. Val. sc. currus), al. insessio q. encathisma Cass. Fel. 46 *adhibendae sunt insessionis fomentationes ex calida et oleo.*

insibilator: Aug. in Ioann. tr. 8, 6 (r. Gg.) *serpens ueternosus, uenenorum insibilator et inspirator antiquus.*

insiccabilis: Aug. in ps. 41, 2 fons (r. Gg.) Sidon.

insiciale: gl. Isid. 891 *ius.*

insidiatio: intpr. Orig. in Matth. 103 *nullam habet rationem idoneam neque insidiatio uestra aduersus me neque militia uestra cum gladiis et fustibus facta,* gloss.

insidiatrix: Ed. Diocl., Amm., Ambr., Hier. nom. hebr. p. 25, Ennod. u. Ant. p. 424 *insidiatricis famae linguis innotuit,* Cod. Iust.

insigni-ficatus: Arn. III, 8 (corpora) *insignificata esse generum disiunctione.*

2880 insimulatio: Cic., App. (M. X, 33), Hilar., Oros. h. II, 15 *ad iudicium pro quadam insimulatione detentus.*

insinuatrix: Aug., Ennod. dict. 11 *insinuatricis linguae officio, -tor* Tert., Arn. (?), Cassian. Coen. Inst. V, 31 *huius infructuosae atque carnalis* (collationis) *insinuator*, Salu., Cod. Iust.

insistenter: Ianuar. Nepot. 21, 1 *cum Etrusci in urbem Romam insistenter irruerent.*

*insistere: Vel. Long. 2236 *non euellendam* (ex uocibus, ut sunt coniunx, seiunx) *hanc n literam, quam sonus enuntiationis insistit.*

insolabiliter: Hor. s., Ennod. ep. VIII, 41 *insolabiliter amantum ferretur absentia, nisi opem darent remedia literarum.*

insolubilis: Sen., Quint. s., App. Ascl., Hier. ep. 120, 10 (quaestio), Rufin. Orig. in Rom. III, 7 p. 201.

insomnietas: Th. Prisc., Pl. Val., Cass. Fel. 48 p. 122 *insomnietatem patiuntur et fastidium*, 71 p. 170 al., Ps.-Soran. quu. medic. 116 *cum siti et insomnietate.* Cf. 2888.

insomnis: Verg., Sen. contr. VII, 20 p. 217 Burs. *insomne et experrectum est animal canis*, cett.

insomnitas: schol. Pers. III, 84 (r. Gg.).

insonare: post Verg. Sen. contr. I, 7, 4 *insonuit tumultus*, . .

2890 inspectatio: Traian. ap. Plin. ep. (X, 48), Tert., Chalc. in Tim. 156.

inspectionalis: Ps.-Soran. quu. medic. 7 *semiotica est inspectionalis* (pars medicinae), 28.

inspectiuus: Rufin. prol. in Cant. p. 307 *theoricen nos dicere possumus inspectiuam*, ib. p. 308 *inspectiua dicitur, qua supergressi uisibilia de diuinis aliquid et coelestibus contemplamur*, Cassiod. in ps. 33, 8, [Boeth.] geom., Prisc., Isid.

*inspector: Hier. in Ier. II ad 11, 18 sqq. renis et cordis, [Rufin.] in Am. II ad 7, 14 sq. *a Deo inspectore cordis*, Aug.

insperabilis: Amm., Dict. ephem. I, 20, intpr. Iren.

insperate: Vulg. Sap., an. in Iob II p. 136 *repente, subito, insperate . . filios . . pariter mortuos . . audiuit* al., intpr. Orig. in Matth. 100, Cassiod.

inspiramen: S. S. Gen. ap. Vigil. Taps., Cassiod. in ps. 102, 21 *inspiramine suo uoluntates eorum ad suum uelle conuertit* al., Isid.

inspiratio: Solin., Tert., Cypr. ep. 73, 13 *post inspirationem et reuelationem factam*, id. ad Fortun. 1 al., Lact. opif. 19 (animae), Firm. m. VI, 31 *talis genitura Pindaro dulcissimos carminis modos diuina inspiratione largita est*, Hilar. in ps. 118, 10, 8, Philastr., Hier. in

Is. VI ad 15, 3 sqq. *omne dogma contrarium ueritati, quod absque inspiratione Dei de humano sensu in erroris tenebris nascitur* al., Vulg., Rufin. Orig. in Rom. VI, 13 *ex inspiratione diuina* al., an. in Iob II p. 131, Aug. grat. Chr. 39 *inspiratio caritatis per Spiritum sanctum*, id. anim. orig. I, 14, 19 *quod Graecus dicit πνοήν, hoc Latini uarie interpretati sunt, aliquando flatum, aliquando spiritum, aliquando inspirationem* al., Chalcid.

inspiratrix: Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 98 *Manichaeus dicit: in omnibus hominibus inspiratrix malae uoluntatis tenebrarum natura delinquit, et aliud facere non potest;* — *inspirator* Coel. Aur., Cassian. inc. Chr. VII, 5 (r. Gg.)

instabilitas: Plin., Tert. adu. Iud. 11, Arn., Ambr., Rufin. Orig. in Cant. II p. 379 *inconstantia sua et instabilitate*, schol. Pers. III, 115 (quod r. Gg.).

2900 instanter (pA): locis lexx. add. et Hier. ep. 5, 3 *ut . . instanter . . negotium persequatur* al., Rufin. h. eccl. X, 10 al.

*instantia: transl. *spec.* (sc. petendi uel rogandi) App., Dig., Tert. adu. Marc. IV, 36 (orandi), Cypr. domin. orat. 8, Hier., ut in Ierem. II ad 11, 11 sq. *quod instantia orationis ac fletuum a Domino debuit extorquere*, Rufin. Orig. in Iesu N. h. 5, 1 *cum haec singula cum omni instantia et celeritate conquisierimus* al., an. in Iob I p. 9 *singularis prae omnibus iuxta spiritus instantiam et animae sinceritatem.*

instauratio: Cic. har. resp., Liu., Val. Max., Gell., Paul. sent., Eumen., Hier. in Eph. II ad 4, 22 *exterioris hominis* al., Vulg., Aug. Ciu. D. XVIII, 45 *templi.*

instaurator: Amm., Hier. adu. Heluid. 7 *Ezram eiusdem instauratorem operis* al., Alcim., inscr.

instigatorius: Cass. Coll. XVI, 20 (r. Gg.) *nisi etiam instigatoriis uerbis ut feriantur irritent;* — instigator Tac. s., App. s., Dig., Arn. V, 7 (r. Gg.), Aug. Ciu. D. XIV, 3 (r. Gg.), intpr. Orig. in Matth. 27 *cum diabolo ascensore et instigatore.*

instinctio: (in lexx. non inuenio) Rufin. Orig. princ. III, 2, 2 *etiamsi nulla diaboli prouocasset instinctio* (pro instinctus, quod habet p. sup. et al.); — instinctor Tac., Tert., Amm., Rufin. Orig. in Iesu N. hom. 1, 6 *instinctores horum malorum.*

instratus, u: Plin. VIII, 64, 154 (r. Gg.) *neminem hic* (Bucephalus) *alium quam Alexandrum regio instratu ornatus recepit in sedem.*

*instructio *al.* Unterricht Arn. »V, 15« (sed e coni.), Hier. ep. 130, 15 *legere . . ad delectationem et instructionem animae* al., Rufin. h. eccl. X, 31 *ut* (sc. libris suis) . . *et longe positos . . perfectissima instructione corrigeret* al.

instructor: Cic. p. red. in sen. (conuiuii), Cypr., Rufin., Aug. c. duas epp. Pelag. IV, 9 *ecclesiarum in uerbo ueritatis*, Praedest. III, 6 *o sapientem architectum et bono-*

rum omnium instructorem, Cassiod. Var. VII, 5 *instructor parietum aut sculptor marmorum.*

instructus, us: Cic. de or., Aug. quu. in Hept. II, 47 et Exod. 12, 37 ib. (cf. Rönsch p. 315), Oros. h. V, 4 *cum magno instructu belli contra Viriathum missus*, ib. 6, ib. 14, IV, 6 *se neque bello parem instructu copiarum, neque obsidionis patientem . .*

2910 *instruere: *trnsl.* q. adstruere (sup. 89) opp. destruere App. dogm. Plat. III p. 266 sq. Hild. *destruitur utrauis* (propositio) *uniuersalis* (h. e. siue affirmatiua, ut: omnis uoluptas bonum est, seu contraria ei, ut: omn. uol. bonum non est) *trifariam . . Instruitur autem uno modo, si alterutra eius falsa ostenditur,* et ib. inf.

*instrumentum: *eccl.* dictum de libris sacris, ut Tert. »adu. Hermog. 19 'originale instrumentum Moysi' i. e. pentateuchus, »ap. 19« al., et spec. ita, ut pro Testamentum uetus uel nouum, quod et ipsum usitatum erat, diceretur Instrumentum uetus uel nouum: Hier. c. Pelag. I, 23 *alii, cum in Instrumento Nouo optime senserint, in Psalmis et Veteri Testamento muti sunt*, adu. Rufin. II, 24 *Veteris Instrumenti*, adu. Iouin. I, 4 *si illum utriusque Instrumenti nube oppressero* et saep., Rufin. Orig. in Rom. I, 18 *uetus* al., Gaudent., Eucher. (qs cit. DV). Cf. Rönsch Das Neue Testam. Tertullian's (Leipz. 1879) p. 47—49.

*insuadibil*iter: Adaman. u. Col. II, 17 *ille immitis insuadibiliter permanens sanctum despexit* (adi. S. S. uet. ap. Lucif., Hilar.).

insuauiter: Aug. catech. 14 *propterea tristis insuauiter catechizas*, id. doctr. christ. IV, 11, Boeth.

insubstantiuus: Ambr., Rufin. in Symb. 8 *si insubstantiua scintilla, quae ignis est, ex se creaturam . . gignit*, ib. inf. et al., intpr. Iren., Rustic. c. Aceph. p. 1184 BC.

insubuertibilis: anon. in Iob II, p. 188 (in 2862).

insuccidus: Ps. Aug. serm. 17, 1 *insuccido tepore ueterascens iam corpus* (r. Gg.), — succidus iam uett.

insuete: Coel. Aur. etiam salut. praec. 56, comp. Aug.

insufferibilis: intpr. Orig. in Matth. 62 *compulsi tormentis insufferibilibus.*

insufficiens: Tert., schol. Luc VIII, 376; **adu.** Muscio gynaec. I, 88 *unus cibus insufficienter duobus animalibus subministratur.*

2920 *insufflare*: S. S. uet. (et Vulg.), Tert., Cypr. ep. 77, 18 *insufflauit in faciem eius flatum uitae* (e Gen. 2, 7), Firmilian. ap. Cypr. ep. 75, 16 *in solos apostolos insufflauit*, Veg. u., Marc. Emp. p. 250 A, Pl. Val. I, 26, Hier. Did. spir. snct. 2 *cum insufflasset in faciem discipulorum*, in Is. XII ad 42, 5 sqq. al., Rufin. pro Orig. p. 339 al., Aug. an. orig. IV, 6 al., intpr. Iren., Prud., Cass. Fel. 30 p. 61 *naribus calamo*, 31 p. 63, Coel. Aur., Salu.

insufflatio: Ambr. parad. 5, 28 *quomodo lignum uitae plus operari uidetur ad uitam quam insufflatio Dei?*, ib. 29 et 7, 35, Hier. c. Ioann. 15, ib. 18 al., Rufin. pro

Orig. p. 400, Aug. De Gen. contra Manich. II, 8 *animae sensus est additus ista insufflatione*, et ib. aliq., id. anim. orig. I, 14, 22 *cum et spiritum hominis* (Deus) *in ipso fingat, quaerendum est, utrum noua insufflatione, an tractum ex propagine*, ib. 19, 33 ex. al., intpr. Iren., Oros. apol. 26, Leo M. serm., Cassian. Coll. VIII, 21, Coel. Aur., Cassiod. an. 1.

insultabundus: Aug. c. Iul. VI, 12, 38 al. (cf. DV).

insultanter: Don. ad Ter. (nunc add. Gg.), Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 25 *eorum me principem insultanter appellas contra scientiam et conscientiam tuam*, id. serm. 88, 18 (r. Gg.) al., [Rufin.] in Am. I ad 4, 4 sqq. al.

insultatio: Val. Max. VI (non VII), 8, 4 *obtruncatum insultationi hostium subtraxit*, Quint., Flor., Solin. (propr.), Hier. in Ez. VIII ad 26, 1 *Tyri pro insultatione eius et gaudio munimenta destruxit* al., Aug. de Gen. c. Manich. II, 21 (r. Gg.), Oros. VII, 34 (it.), Arn. iun. in ps. 136 (r. Gg.) *nobis daemones insultantes quasi in his uerbis insultationum suarum uoces adhibere* . ., Ennod.

insultator: Aug. c. Faust. XV, 9 *nec curat* (Ecclesia) *imperitum insultatorem*, serm. 105, 8 *ut . . respondeatis insultatoribus et blasphematoribis nominis christiani* (qs locos r. Gg.), in ps. 41, 8, in 74, 3 al., Aldh. laud. uirg. 45; — *insultator-ius* Tert., Aug. in ps. 34 serm. 2, 11 *quomodo simulata erat pax ipsorum, . . sic iam insultatoria laus eorum.*

insultus, us: [Lact.] carm. de pass. Dom. 33, Aug. (?) ad fratrr. erem. serm. 2 *insultus daemonum te in nullo laedere possunt*, 8, 11, 17.

*insumere: *q. pro* consumere Coel. Aur., Cass. Fel. 47 p. 121 *ne uires minuto nutrimento insumantur*, — atque ita **insumptio* Coel. Aur., Cass. Fel. 49 p. 128 *cum totius corporis insumptione.*

insuperabiliter: Aug. corr. et grat. 12, 38 al., Chalcid. in Tim. 310 (r. Gg.).

insupportabilis: anon. in Iob I, p. 95 (subito spiritus uenit ab eremo ita fortis . .) *ita terribilis atque insupportabilis, ut . . illideret eam* (domum) *super filios tuos, et mortui sunt*, II, p. 196 *poena insupportabilis;* — cf. inf. 5344, 5345.

2930 **insurrectio:** intpr. Orig. in Matth. 36 (r. Gg.) *ut . . fiant insurrectiones aliorum aduersus alios, et gens pugnet aduersus gentem*, 37 *insurrectiones gentium super gentes et regnorum aduersus regna*, »gl. Philox.«, al. Cass. Fel. 76 p. 182 *insurrectio uentris et distensio praecordiorum*, 43 in. *est splenetica passio causatio in splene quae contingit cum insurrectione. sequitur patientes extantia et dolor circa sinistram praecordiorum partem.*

insuspicabilis: Vulg. Sirac., Zeno, auct. Zacch. et Apoll. cons. III, 8 *insuspicabiles sceptris iustarum sedium Augustos depellunt*, Facund. defens. V, 2 *illius insuspicabilis blasphemiae . . testes.*

insustentabilis: Lact., Th. Prisc. II, 4 *dolor*, Eust. Hex. I, 9, Coel. Aur., Rustic.

insustinibilis: Ps. Cypr. de Sina et Sion 8 *et tonitrua facta sunt et tenebrae insustinibiles;* — insustentabilis cf. 2932; sustentabilis Lact., Chalcid.

insusurratio: Capitol., Ambr. Cain et Abel II, 1, 2 *ne cuius saeua insusurratio rudis fidei tentaret infantiam*, Chalcid.

intaminabilis: Aug. c. aduers. Leg. et Proph. I, 50 *Spiritus sanctus intaminatus et intaminabilis.* Cf. in-taminatus Hor., Tert. cor. mil., Eges. V, 26 p. 302 et 306 Web., an. in Iob I p. 13 *indissociatae*, *intaminatae*, adu. *intaminate* intpr. Iren. III, 2, 2 (et DV).

intaminare: Egesipp. II, 10, 4 (r. Gg.) *ne templum intaminarent;* — notum est contaminare, recc. etiam attaminare.

integraliter: auct. de S. Hel. 41 *confiscata Helenae et Constantino . . tradidit integraliter*, adi. schol. Cic.

intellectibilis: Mar. Vict. adu. Ar. I, 24, IV, 2 al., Candid. Ar. gen. diu. 11 (et DV), Philastr. haer. 150 (et DV) *quod haec rationabilia sunt et intellectibilia*, ib. 155, Eust. Hexaem. I, 5, Boeth.

intellector: Aug., ut serm. 126, 8 *hic periculum est mali intellectoris*, Iul. ap. Aug. contra Iul. IV, 15, 80, intpr. Iren., Cassiod. in ps. 89, 12 *utriusque Testamenti intellector egregius.*

2940 *intellectualis*: Tert., Hier. Did. spir. snct. 10 *inuisibilia et intellectualia*, 26 al., Rufin. pro Orig. p. 322 *in omnibus intellectualibus id est incorporeis* et saep., Aug., ut Conf. XII, 8, 9 *creatura aliqua intellectualis*, ib. 13, 16 *coelum coeli*, *coelum intellectuale* et saep., Cl. Mam. an. I, 5 al., Dionys. Exig. Greg. Nyss. cr. hom. 25 *cum intellectualis natura intelligibiles potentias faciat*, Cassiod. in ps. 148 pr. al., all., — *adu.* Mar. Vict., Aug. Gen. ad lit. I, 9, 17 *intellectualiter sibimet impressas ab incommutabili Dei sapientia rationes* al., Cl. Mam. an. II, 5, 2 ex. (et DV), Cassian. Coll. VI, 10, Ps. Cypr. duodec. abus. 9, Boeth.

intellectuare: Mar. Vict. gener. diu. uerbi 7 (habet DV) *excitatus in anima ὁ νοῦς intellectualem potentiam animae illustrat . . et intellectuat ac figurat*, Aug. in ps. 118 serm. 18, 4 *intellectum dare homini, et quasi, ut ita dicam, intellectuare hominem.*

intellegenter: Cic. et Plin. ep. ss. ll., S. S. Ps. 46, 8 ap. Aug. in ps. 46, 9 *psallite intellegenter* (Vulg. sapienter), Hilar. in ps. 52, 10 *non repertis Deum intellegenter exquirentibus* (quos locos r. Gg., at non) Aug. saepius, ut retr. II, 57 *quod indicare poterit, quisquis intellegenter legit*, c. adu. Leg. et Proph. I, 41 *non insipienter, sed intellegenter ei dicitur . .*, adu. Iud. 2, Ciu. D. XVI, 2 al., [Rufin.] in Os. I ad 2, 8 sq.

intellegentia: Cic. saep., praeter quem Klotz, DV, Gg. auctorem citant nullum nisi Iustin., Mühlmann Ter. Hec. alt. prol., Quint., Plin. ep., addimus Arn. V, 35 *quod*

simpliciter scriptum est et communem ad intellegentiam publicatum al., Lact. opif. 3, 7 *ut* (aues) *interdum aliquid humanae intellegentiae habere uideantur* al., Hier. freq., ut ep. 140, 13 *quae* (h. e. explanatio) *non doctrinae gloriam in multiplicatione sermonum, sed legentis debet intellegentiam quaerere* (interdum etiam, ut 'sensus' — uid. inf. 4946 —, pass. id quod intellegitur, der Sinn, ut in Is. XVIII ad 65, 15 sq. *quod uerbum multas habet intellegentias, et pro diuersitate accentuum uariatur*', ep. 36, 13, 140, 17 al.), Rufin. Orig. in Leu. h. 5, 5 *triplicem in Scripturis diuinis intellegentiae inueniri modum, historicum, moralem et mysticum*, h. 1, 1 *sed haec secundum literam, . . ut possimus legis intellegentiam spiritualem intueri* et saep., [Rufin.] in Ioel 1, 13 sq. *non debet nobis opportunitas intellegentiae subtilis elabi* al., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 117.

intelligibilis: Sen. s., Tert. adu. Marc. IV, 25 *ex operibus . . intelligibilem Deum*, id. adu. Prax. 7 *sermo . . aer offensus, intelligibilis auditu*, Mar. Vict., ut adu. Ar. I, 32, Ambr. in ps. 118 s. 21, 11 *Iesus intelligibilis Goliae caput . . amputauit* et saep., Hier. in Is. III ad 7, 10 sq. *αἰσθητὰ et νοητά, quae nos possumus sensibilia dicere et intelligibilia* al., Vulg., intpr. Orig. in Mtth. 35, Aug. aliq., Macr., Chalc., Boeth.

intelligibiliter: Mar. Vict., Rufin. Orig. in Rom. VIII, 7 *non uisibiliter haec, sed intelligibiliter, hoc est spiritualiter facturus* al., Aug., Chalcid. in Tim. 136 ex., Iulian. uit. cont. I, 6, 2 *intelligibiliter Deum uidere per fidem.*

intemperate: Cic. uniu., Ps. Hier. scient. diu. leg. 8 *intemperate cibus sumptus.*

intemporaliter: q. intempestiue Coel. Aur. (ut ac. II, 9, 50 *intemporaliter utitur cataplasmatibus*, tard. IV, 3, 79 al.) et ita adi. id. et Aug. in ps. 39, 13, it. Coel. Aur. et intemporalitas), *al.* inc. unit. Trinit. p. 1210 t. XL M. *cum generaretur ab intemporali intemporaliter*, Fulg. Rusp., Pelag. pap. (qs cit. DV), et ita adi. App., Hilar., aliique eccl., intemporalitas Arn. iun. de deo trino II, 21 (loc. r. Gg.).

*intendere: trnsl. aliquid *pro* (animum) in aliquid (unde est *entendre*) Ambr. (si semper Christum intendat), Hier. in Luc. hom. 8 '*respexit in humilitatem ancillae suae*' (Luc. 1, 48) . . *quomodo intendat humilitatem*, *non satis liquet*, h. 19 *si diligenter sensum intendimus Scriptuarum*, Vulg. »4 Esdr. 8, 27«: nec intendas impia gentium studia, Rufin. princ. I, 1, 5 s. f. *cuius* (Dei) *natura acie humanae mentis intendi . . non potest*, Vict. Vit. pers. Vand. V, 7 *alios sine manibus*, *alios sine oculis . . intendas.*

intenebrescere: Greg. in I Reg. I, 1, 25.

intenebricare: S. S. uet. s., intpr. Orig. in Matth. 70 *in erroribus intenebricati.* »S. S. uers. uet. Luc. 23, 45«.

2950 **intenibilis:** Aug. c. Fortunat. 1, 3 *quod incorruptibilis sit Deus*, . . *quod inadibilis*, *intenibilis*, *impassibilis.* Alia in -bilis Augustiniana sunt int. cett. amissibilis (sup. 176), copulabilis (sup. 1084), imperturbabilis (sup. 2423), inconuersibilis gestt. Pelag. 6, 20 al., ineuulsibilis, irregressibilis, irretractabilis, irrisibilis.

intensio: uid. sup. in 1544.

intensiose: schol. Iuu. XI, 15 *intensiose* (ita codd.) *ea emunt, quae carius distrahuntur.* Cf. 2958.

intentatio: pr. Sen., *trnsl.* Tert. (i. obiectio, ut apol. 27 satis haec aduersus intentationem laesae diuinitatis), Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 14 *cur mortis intentatione quaterentur qui nesciebant, quid incommodi afferret interitus?*, et ib. sup. *quos intentatio periculi territabat.*

in-tentabilis: inc. auct. (sec. V) de uocat. omn. gentium II, 35 *neminem Dei gratia intentabilem facit,* gloss.

in-tentatus: Verg. s., Hor. bis, Sen. suas. 1, 2 *humanae intentatum experientiae*, L. Sen. dial. VI, 18, 7, Sen. Med. »62«, Tac. ann. I, 50, Frontin. strat. I, 2, 2, Gell. »IX, 4«, postt.

*intentio: (sc. uoluntatis, consilium, *l'intention*) Tert. adu. Marc. II, 29 *intentionem atque propositum operis*, Dig., ut Papin. XXXI, 77, 26, Hier. in Ez. h. 12, 1 *Deus unicuique pro modo intentionis amaritudinem poenarum restituit*, Vulg., Aug. nuptt. et concup. I, 1 *intentio huius libri haec est, ut . . carnalis concupiscentiae malum . . discernamus a bonitate nuptiarum*, c. Iul. IV, 1 *haec est et esse debet piorum coniugum intentio, ut regenerationi generatio praeponatur*, c. sec. resp. Iul. IV, 116 *ac per hoc . . docere intenderas, in natura non esse peccatum: uanam ergo fuisse intentionem tuam . ., si non es nimium uanus, intellegis*, ib. 123 *posuit ex isto libro, quae inten-*

tioni suae credidit conuenire, et saep. ita, Iulian. ap. Aug. op. cit. IV, 106 *o intentionem nefandam*, al.

intentiosus: auct. Zacch. et Apoll. consult. I, 20 *intentiosa prauitate designans . . .*

intentus, us: Cic., App., trnsl. Pompei. comm. p. 144 K. *aut intentu loquentis aut per usurpationem fieri deriuatiua.*

2960 **interare** = intrare: C. I. III, 2 p. 945 et 947 (in interiore et exteriore exemplo tabulae ceratae) *domus partem interantibus dextram.*

intercapedinatus: M. Cap., Coel. Aur., Cass. Fel. 40 p. 90 febricula.

interceptio: Cic. s., Hilar. in ps. 51, 18 (r. Gg.) *interceptio corporum affert temporarium mortis occasum* al., Hilar. (?), in Gal. 68, Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 29 *fructuum*, intpr. Iren., Cassiod. in ps. 49, 20 (r. Gg.) *qui . . interceptiones, quibus innocens capiatur, excogitat*, all. postt.

intercisiue: schol. Pers. ad I, 3 (uel duo uel nemo) *intercisiue dixit 'uel', non addens unus uel tres*, adi. Grom.

interclinus: Thes. nou. lat. p. 127.

interclusio: Cic. (animae), Th. Prisc. II, chr. 1 *uocis*, Aug. (add. Gg.), al. Quint.

intercutanus: Thes. nou. lat. p. 120.

interdianus: Faust. ap. Aug., Coel. Aur. et. salut. praec. 31 sq., Isid. nat. rer. 1, 1 *spatia diei duo sunt, interdianum et nocturnum*, id. reg. monach. 11, 1.

2967* **interdictalis:** Ps. Hier. uer. circumcis. 4 *tendit sententia interdictalis in Iudam.*

interdictor: Tert., Salu. gub. D. IV, 127 *cum interdictor ac uindex malorum omnium Christus sit*, [Fulg.] serm. 62 *factus est spectator plangentium, interdictor portantium, consolator lacrimarum.*

interdictus, us: Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 20 (s. u. pomulum).

2970 *interdigitia*: Marc. Emp., Pl. Val. II, 52.

interemptio: auct. decl. in Catil., Tert., Phoebad. Fil. diuin. 8 *translatio omnis interemptio est pristini*, sch. Cic., Boeth.

interfectorie: Aug. c. epist. Parmen. III, 2, 14 *non interfectorie percutitur, sed medicinaliter uritur;* — adi. Ambr. Aug. Isid.

interfectrix: Hyg. f., Tac., Hier. in Gal. II ad 5, 3 (litera), Vulg., intpr. Orig. in Matth. 28, Aug. in ps. 72, 4 al., Coel. Aur., Orest. trag.

interfusio: Lact., Ambr. Hexaem. II, 3, 11 *ut . . in profundo interfusiones aquarum terrae medio separentur*, Eges. III, 26, 1 (Iordanes) *inde . . sine ulla interfusione progreditur usque ad urbem, cui Iulias nomen*, eademque hinc Adaman. locc. sanct. II, 19.

*interiectio: t. t. gramm. Quint., Charis., Diom., Hier. in Is. XV ad 54, 16 sq. *quod uel interiectionem uocantis uel uae significaret* al., Aug., Prisc.

interminabilis: Tert., Hier. in Ez. IX ad 28, 11 sqq. *interminabiles quaestiones* al., Salu., Sid., Boeth.

interminatio: Cypr. ep. 4, 4 (r. Gg.) *ad ecclesiam admittantur hac tamen interminatione, ut, si ad eosdem masculos . . reuersae fuerint, . . grauiore censura eiciantur*, Don. ad Ter., Rufin. Orig. in Rom. IV, 4 *nulla legis interminatione deterritus*, Cassian. Coen. Inst. X, 12, Cod. Theod., Cassiod. (Epiph.) hist. trip. IV, 16 (epistolam . . ironia maxime plenam) *non sine interminationis qualitate confectam* al.

internatare: Auien., schol. Lucan. III, 574.

internecare: Plaut., *trnsl.* Ambr. Noe 15, 55 al., Eges. IV, 17 (sata), Amm., Prud.

2980 internectere: Verg., Stat., Eges. I, 46, 2 *purpurea diploide, quam internectebat fibula,* Chalc. in Tim. 40, Boeth.

interpedire: Aug. uer. relig. 55 *nullis molestiis interpedientibus* al., intpr. Iren. (DV), Macr.

interpolator: Tert., Hier. (?) ad amic. aegr. ep. II, 20 *per sapientiam mundi, qua sibi mundus collusor interpolatores* (sc. ueritatis, uti habet Tert.) *inuenerat. suam* (Dei) *sapientiam fuisse desertam.*

interpretator: Tert., Charis., Aug. serm. 197 ex. (r. Gg.), intpr. Orig. in Matth. 5 *secundum intellectum simplicis interpretatoris*, Salu.

interroganter: Aug. in Iob 34 *interroganter pronuntiandum.*

interrogator: (quam uocem Acr. ad Hor. inusitatam esse asserit) Aug. (Gg.), Arn. iun. de Deo trino II, 23 *cum quidam interrogator cuidam diceret erudito* . ., spec. Vlp. Dig.

interrogatorie: intpr. Orig. in Matth. 118 *Romano iudici dicenti interrogatorie* . . *'tu es rex Iudaeorum?'*, adi. Tert., Dig.

intersecare: Vitr., Stat., Auien. perieg. 940, id. or. mar. 632 al., Amm., cett.

interseptio: Eust. Hex. VII, 1 (piscibus) *faucium interseptio complicabilis modo suscipiens modo diffundens aquam respirandi explet officium* (r. Gg.).

interserere: Lucr., Col., Hier. adu. Lucif. 15 *inter dominicam messem zizania*, in Eph. III ad 6, 4 et saep., Rufin. Orig. in Rom. III, 11.

2990 **intersilere:** Aug. ord. I, 19 *post hoc intersiluit modice.*

intersistere: Quint. saep., Aug. quaestt. 80, 1 *ita Verbum uolunt carni esse copulatum, ut nulla ibi* . . *anima humana intersistat.*

intersonare: Stat., [Rufin.] in Ioel 3, 4 sqq. *ut* . . *per excessus* (i. euentus) *interdum uaticinio congruentes ea intersonent, quae futuris etiam possint conuenire mysteriis*, Cassian. (DV).

interstrepere: Verg., Ambr. in ps. 43, 5 al., Claud., Hier. ep. 29 s. f. *ut loquentibus quoque nobis stridor quidam non latinus interstrepat*, P. Nol., Boeth.

intertrudere: Aug. de ord. I, 7 *folia* (decidua) . . *angustiis canalis intertrusa.*

interuallatio: Coel. Aur. signif. diaet. pass. 42 *cum uentris nimio fluxu, quo humor spumosus atque creber . . frequenti interuallatione egreditur, uirium concadente substantia cum membrorum frigido torpore*, ib. 45.

*interuentor: *i.* uicarius alieni muneris Fulg. Ferrand. breu. canon. 22 *ut nullus episcopus cathedram cui datus fuerit interuentor plus quam annum teneat, sed ipse eis episcopum petat*, ib. 23 (locos et DV), Criscon. breu. canonic. 267.

intimatio: Auien. or. mar. 74 *ut aperta tibimet intimatio . . laboris sit mei*, Mart. Cap., Chalc. in Tim. 198, C. Iust.

intitubabilis: Cassiod. in ps. 134, 2 *qui perseueranti et intitubabili uoluntate in Ipsius sancta credulitate consistitis*, in 120 s. f. (titubabilis non agnoscitur).

intitulare: Rufin. apol. II (non I), 8 p. 633 (Hier. opp. ed.) Vall., Gennad. (?), inc. quu. ex Nouo Test. 72 *euangelium quod cata Ioannem intitulatur.* Cf. 313.

3000 *intolerabiliter*: Col., Rufin. Orig. princ. II, 10, 5 (ferre mala), Fulg. Rusp. ad Monim. III, 1 *legi Dei intolerabiliter inimica*, Myth. Vat. I.

intracoelestis: Mar. Vict. adu. Arium IV, 31 *locis uel supracoelestibus uel coelestibus uel intracoelestibus;* — cf. intercoelestis Cl. Mam. an., subcoelestis inf. 5169, supercoelestis Tert., Mar. Vict., Hier. in Ezech. I ad 1, 5 al., Rufin. princ. II, 3, 6 al., Aug., supracoelestis inf. 5568.

intransgressibilis: Aug. Gen. ad lit. II, 10 *propter intransgressibilem terminum superiorum et inferiorum aquarum*, id. Trin. XI, 11, 8, Ps. Aug. serm. c. Iud., Pagan. et Arian. 6, Ps. Ambr. serm. 21, 2, Maxim. Taur., Cssd. (Epiph.) hist. trip.

intransmeabilis: Rufin. Orig. princ. II, 3, 6 (Oceanus hominibus), Maxim. Taurin. serm. 61, Cl. Mam. an., Iorn., Isid.

3003* *intrepidanter*: Non., Hilar. op. hist. fr., Ps. Hier. ad Tyras. consol. 8.

intrimentum: App. s., Zen. II tr. 38 *intrimentorum lenocinio.*

intrinsecus, a, um: Ps.-Aug. ad fratr. erem. 5 *intrinseca bella*, Cassiod. in ps. 118, 82 *lumina cordis intrinseca.* Cf. extrinsecus adi. Greg. M., Beda (uita Cuthb. 16: quia . . pressuras contemneret extrinsecas), — penitus, a, um, uti iam Plaut. 'ex penitis faucibus' . ., deinceps, cipitis App. 'deincipiti die' (Neue FL II, p. 686 sq., qui confert etiam impunis App. Met. III, 6: non tam impunem me . . credebam fore), mordicus Hyg. fab. 273 'quem equi mordici distraxerunt', pereger, gris Vlp., Aus., Venant., incassus Sulp. Seu. dial. »III (II), 10, 3

non incassa temptamina«, clauculus Aldh. Septen. col. 169 M. 'clanculo cordis cogitatu', id. laud. uirg. 44 'clanculis latebris' al. (unde adu. clanculo App., Macr., Amm., Aug. — cf. Freund Lex. s. u. — et clancule gloss. Vatic.), et hoc genus alios linguae uel potius loquentium errores.

introcludere: Isid. ord. creat. 4, 1 *an* (coelum) *uti testa oui introclusam creaturam undique cingat*, gl. Philox. *ἐγκαταχλείω* (intraclusus Agg. Vrb.).

*introducere: *q.* instituere (anleiten) an. in Iob I p. 95 *quos ut inuicem se diligerent introduxisti.*

introgressus, us: Tert. adu. Marc. III, 21 *inspice . . etiam ipsum introgressum atque decursum uocationis in nationes . ., non in proselytos.*

introitum: subst. Nou. uers. uulg. 139, 1 *nullo modo gratis expendere milites a collatoribus . . introitorum nomine, quorum etiam ipsum uocabulum perimimus* (cf. Iulian. epit. Nou. 123).

3010 *intuitio*: Tert. adu. Valent. 33 *quae, ne ordini obstreperent, et lectoris intuitionem* (ita codd., — ed. intentionem) *interiectione dispargerent, hunc malui in locum distulisse*, Rufin. Pamph. pro Orig. p. 322 *cum* (mens nostra) *ad incorporea nititur, atque eorum intuitionem rimatur*, id. Orig. in Gen. h. 1, 7 et in Ps. 37 h. 1, 2 s. f., intpr. Iren., Chalcid.

intuitus: *pass.* Rufin. Pamph. pro Orig. 3 in. *intuitis creaturis eius uisibilibus*, inf. intueri pass. Amm.

intumescere: Cels. IV, 2 *ubi humor cutem inflat eaque intumescit*, 15, 16, V, 26, 26 al. (intumuisse iam Ou., Sen. rh.), cett.

inturbabilis: intpr. Orig. in Matth. 119 *ut exhibitus ad criminale iudicium inturbabilis maneret.*

inuectabilis: Eust. Hex. IV, 7 *classibus inuectabilem accessum.*

*inuectio: *transl.* Ambr. in Luc. VIII, 21 (r. Gg.) *ne quem uel austera percellat inuectio*, Eges. (ap. Gg), Hier. in Mich. I ad 2, 9 sq. *nec arbitrandum, quod generaliter ad omnes haec dirigatur inuectio, sed quod eos qui tales sunt pulset sermo propheticus,* in Is. V, ad 15, 1, adu. Rufin. I, 11 al., Rufin., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 203 (r. Gg.), schol. Gron. ad Cic., Fulg. m.

inuector: Ambr. Hex. II, 3, 12 *Padus maritimorum commeatuum Italicis subsidiis fidus inuector*, Symm.

in-uelatus: Ambr., Eges. I, 37, 4, M. Cap. (r. Gg.).

inuenibilis: Hier. in Is. hom. 2, 2 *ut, si inueniremus mel, inuenibile est siquidem mel, comedamus quod sufficit.*

inuergere: Plaut. et p, Honor. cosm. Caes. 46 (Nilus) *per octo brachia se inuergit mari Carpathio*, ib. 47.

3020 **in-uersabilis:** Mar. Vict. adu. Arium I, 22 *inuersabili et impassibili exsistente uniuersali λόγῳ qui semper est ad Patrem;* — uersabilis Sen. all.

inuersibilis: Candid. Arian., Mar. Vict. de gener. diu. uerbi 9 al. *inuertibilis* Hilar., frgm. Arian., Aug. lib. arb. II, 8, 24 (et DV, et corr. Gg.), Mar. Merc. Cyrill. apol. adu. Theodoret. p. 973 M. *inuertibilis et incommutabilis est Deus* al., Rustic. c. Aceph. p. 1172.

inuertibilitas: Aug. De morib. eccl. cath. I, 13, 23 (r. Gg.) *nisi Dei naturae esset ac ipsius substantiae, cui soli incommutabilitas atque, ut ita dicam, inuertibilitas semper est* (*γρ.* inconuertibilitas uel inconuersibilitas); »frgm. Ambros.« habet De-Vit.

inuesticeps: Thes. nou. lat. p. 293 al.

in-uestigabilis: S. S. Rom. 11, 33 ap. Tert. adu. Marc. V, 14 et Cassian. Coll. XIII, 17, Lact., Hier., ut in Abac. I ad 1, 1 *nescientes iudicia Dei inuestigabilia*, Aug., gl. Cyr. *ἀνεξιχνίαστος* inuestigabilis (uestigabilis inf. 5844, cf. sup. 2804).

inuestigatio: Cic., Tert. adu. Val. 9 s. f. *declinata inuestigatione patris conquieuit*, Firm. m. (ap. Gg.), Vulg., Iul. ap. Aug. c. Iul. V, 15, 53.

inuestigator: Cic., Sen. ben. III, 26, 2, Hier., ut nom. hebr. p. 89, Vulg., Ambr. hymn. 61 *Tu nostrorum pectorum Solus inuestigator es.*

inuestire: Enn., Maec. ap. Sen., Sen. Herc. Oet. 384 *siluas . . quas . . primus inuestit tepor.*

inuicte: Aug., etiam Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 62 *inuicte ergo collectum est, uoluntatem malam exortam . . a possibili, non a necessario.*

inuincibilis: Tert., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 12 *ut inuincibilis cluat*, Cassiod. in ps. 135, 12.

3030 **inuiolabilitas:** Rustic. c. Aceph. p. 1249 *in propriae impassibilitatis inuiolabilitatibus permanens.*

inuiolabiliter: Hier. (?) in ps. 14 *qui praecepta Dei inuiolabiliter custodierit*, Aug. serm. 117, 4, 6 (r. Gg.), Boeth., hist. Apoll. Tyr. 40.

inuirtuosus: Thes. nou. lat. p. 293, uirtuosus Max. Taur., uers. uet. Ignat., schol. Cic.

inuiscare: Tert. an. 1 (?), [Fulg.] serm. 69 *de istis pullis uolebat auceps tentationis inuiscare laqueis perpetuae mortis; sed ille recurrit ad matrem, et dulcem repetit nidum*, Not. Tir., Thes. nou. lat., intr. Cass. Fel. 18 *pulicinum semen calida infundes, et cum infrigidauerit et inuiscauerit* (h. e. uiscosum factum erit), *induces.*

inuisibilitas: Tert., Nouat. trin. 18, Hilar. synod. 15, Phoebad. Fil. diuin. 8, Rufin. apol. I, 18 *ubi inuisibilitatis aequalitas inter Patrem et Filium et Spiritum sanctum confirmatur*, Aug. c. Maximin. I, 13 *omnipotentis Dei* al., intpr. Iren., Arn. iun. (DV).

inuisibiliter: Tert., Hier., ut Did. spir. snct. 31, P. Nol., intpr. Orig. in Matth. 83 *nisi ab ipso inuisibiliter custodita fuissent corda eorum*, Sulp. Seu., adi. Cels., Lact., Hier., ut ep. 98, 10, Vulg., P. Nol., Sulp. Seu. dial., III, 9, 2, all.

inuitator: Mart., S. S. Luc., Tert., Zen. II, tr. 38, Hier. in Matth. I ad 9, 13 *ut . . spirituales inuitatoribus*

suis praeberet cibos. Aug. ad Donat. 20, postt., — *inuitatrix* Symm., Cassiod. Var. XI (non I, ut Gg. corr.), 38.

inumbratio: Hilar. Trin. II, 26 *ut ad sementiuam ineuntis Spiritus efficaciam substantiam corporalem diuinae uirtutis inumbratio temperaret* al., Mart. Cap.

*inungere: al. Plin., Cass. Fel. 76 p. 185 (epithema) *panno inunctum.*

inuoluntarie: Cass. Fel. 46 p. 116 (urina) *inuoluntarie exclusa ostenditur*, Boeth., adi. Coel. Aur., Cass. Fel. 46 p. 117.

3040 inuolutio: Vitr., Don. de com. p. 10 Reiffersch., Coel. Aur., Cass. Fel. 51 p. 134 *intestinorum* al.

inurbaniter: Aug. c. Faust. Manich. XII, 1 *non improuide nec inurbaniter.*

inustio: Iul. Val., Rufin. Orig. in Iesu N. h. 10, 1 *non absque alicuius notae inustione*, h. 5, 6.

inuulneratus: Cic. s., Arn. V, 31, Aug. in ps. 33 serm. 2, 3 *salus ista inuulnerata et incorrupta persistit.*

4043* **iocalis:** Ps. Hier. ad Pammach. et Ocean. 6 *ne fides nostra magis iocalis sit, quam . . illorum*, adu. Amm. (?).

iocatorius: Thes. nou. lat. p. 282.

iocularis: *subst.* Vict. epit. 2, 2 *Claudius Tiberius Nero . . eleganter a iocularibus Caldius Biberius Mero ab uinolentiam nominatus est.*

ios: (ἰός) h. e. aerugo Pl. Val. II, 37 *io xysti unam* (unciam), 56 *io sideron*, item multis aliis locis, in quibus yo editum est in ed. Ald., ut I, 31, 37 . . .

irascibilis: Firm. m., Hier. in Mtth. II ad 13, 33 *τὸ θυμικόν, quod dicamus plenum irae uel irascibile*, sim. Cassian. coll. XXIV, 15, Aug. (?) ad fratrr. erem. serm. 9 *fortiter spiritum irascibilem continere*, Dionys. Exig. Greg. creat. hom. 12 *tristificas atque irascibiles hominis affectiones*, ib. 30.

irradiatio: Firm. math. IV, 12 *si Mars Venerem minaci aliqua irradiatione respexerit;* cf. irradiare VIII, 17.

